

Digitized by Google

7
8 F
35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

15 15
G F
21 21

Digitized by Google

Digitized by Google

MAGNÆ

BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM

Et antiquorum Scriptorum Eccleſiaſticorum

INDICES QVATVOR.

PRIMVS Alphabeticus Authorum & Opuſculorum omnium, quæ in XV. Tomis huius magnæ Bibliothecæ continentur.
SECVNDVS Locorum communium; in Nouem Claſſes diſtinctus.
TERTIVS Rerum & materiarum locupletiſſimus.
QVARTVS Locorum aliquot Sacræ ſcripturæ explicatorum.

PERMISSV SVPERIORVM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus Antonii Hierati, ſub ſigno Gryphi.

Anno M. DC. XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google



INDEX ALPHABETICVS AVTHORVM OMNIVM ET OPVSCVLORVM, QVÆ IN XV. TOMIS MAGNÆ

Bibliothecæ Patrum continentur, in quo citantur quoq; omnes Authores & opuſcula, quæ in ſingulis tomis trium editionum priorum Pariſienſium habentur; vbi vero * præfixa eſt, deſunt in Pariſienſium editionibus, & in hac noſtra primùm acceſſerunt.

ADELMANNVS Epiſcopus Brixienſis diſcipulus S. Fulberti, ſcripſit de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia epiſtolam ad Berengarium, quæ extat tom. 11. pag. 348. *editione prima Pariſ. t. 1 edit. 2 & 4. tom. 1.*

S. ADONIS Vienneoſis Archiepiſcopi, qui floruit Anno Chriſti 879. Chronicon de ſex ætatibus mundi vſque ad annum Dom. 879. extat tom. 9. p. 2. pag. 258. *edit. 1 deeſt. edit. 2. & 3. extat tom* 7.

* B. AELREDVS Rhieuallenſis in Anglia ex ordine Ciſtercienſi Abbas, & S. Bernardi contemporalis, floruit anno Domini 1200. ſcripſit varia opuſcula, quæ ex vetuſtis M. S. Codd à Richardo Gibbono Soc. Ieſu in lucem edita, variiſque lectionibus & marginalibus citationibus illuſtrata, extant t. 12. p. 1. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſienſibus.*

ÆNEAS Gazæus, qui vt ex ſcriptis eius colligitur, vixit circa tempora Zenonis Imperatoris, ſcripſit Dialogum de Animarum Immortalitate & corporum Reſurrectione, quem vocauit Theophraſtum, extat t. 5 p 3. pag. 625. *edit. 1 & 3. t. 8. edit. 2. t 9.*

AGAPETVS quidam magnæ Conſtantino-politanæ Eccleſiæ Diaconus ad Iuſtinianum Imperatorem iam coronatum parænetic am habuit Orationem, qua eum admonet quomodo ſe in imperio gerere debeat, extat t. 6. p. 1. pag. 565. *edit 1 t. 3. edit. 2 & 3. t. 2.*

AGNELLVS epiſcopus Rauennateoſis, ſcripſit Epiſtolam ad Armenium de Ratione Fidei, quæ extat t. 5. p. 3. pag. 942. *edit 1. t. 1. edit. 2. & 3 t* 3. Hunc authorem 5. Sæculo ponit Coceius.

* AGOBARDVS Epiſcopus Lugdunenſis, vixit tempore Ludouici Pii Imperat. ſcripſit diuerſa opuſcula, quæ extant tom. 9 p. 1. pag. 547. & ſeqq. ex editione Papirii Maſſonii, quam tamen iuxta expurg. Indicem Hiſpanic. nouiſſimum recognouimus. *in 3. Pariſienſium edit deſunt.* Scripſit præter illa quoque de Tranſlatione Reliquiarum S. Cypriani Carmen, quod quia cum operibus S. Cypriani impreſſum eſt, hic omiſimus.

ALCIMVS Auitus Epiſcopus Viennenſis ſcripſit multa, ex quibus nunc ſolum extant t. 6. p. 1. p. 395. libri 5. in Geneſin & Exodum, & de caſtitate ad ſororem liber vnus. *edit. 1. t. 7. edit. 2. t. 8. edit. 3. deeſt.*

ALEXII Comneni Græcor. Imp. de donariis & rebus Sacris Reſcriptum, ſiue oratio, quam auream Bullam inſcripſit, t 15 pag. 987. *edit. 1. t. 5. edit. 2 & 3 t. 3.*

ALGERVS Scholaſticus Leodienſis, ſcripſit diuerſa Opuſcula, ex quibus extant pag. 410. & ſequen. De Sacramento Corporis & Sanguinis Domini Libri 3 tom. 12 p. 1. pag. 410. & ſeqq. *edit. 1. t. 4 edit. 2 & 3. t 6.*

* ALTHELMVS, vel vt alii legunt Adelhelmus, ſiue Adelmus; ſcripſit diuerſa opuſcula, quæ enumerant Trithemius, Poſſeuinus, & alii; ex quibus extant t. 8. pag. 1. & ſeqq. de Laude Virginum carmine heroico liber vnus: de octo principalibus vitiis eodem carminis genere liber vnus, per Henr. Caniſ. ex monaſterii S. Galli Bibliotheca editi. Poetica nonnulla per Martin. Delrio Societ. Ieſu edita, extant pag. 22. &c. Ænigmarum Liber, pag. 17. De Laude virginitatis, oratio ne ſoluta, liber vnus, pag. 33. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ. præter vltimum opuſculum, quod habetur edit. 1. t. 8. edit. 2. & 3. t. 3.*

AMALARIVS Fortunatus, epiſcopus Treuirenſis, floruit temporibus Gregor. IV. Pontif. & Ludouici Pii Imperatoris, ſcripſit de Eccleſiaſticis officiis Libros 4. qui extant tom. 9. p. 2. pag. 300. De ordine Antiphonarii Liber vnus, eod. tom. pag. 362. *extant ambo edit. 2. t. 6. edit 3. auct p. 1. ed. 1. deſunt.*

* AMBROSIVS Autbertus, ſiue Anshertus, ordinis S. Benedicti qui floruit anno Chriſti 890. ſcripſi. diuerſa opuſcula, vt author eſt Trithem us & Sigebertus, ex quibus extant, tom. 9. p. 2. pag. 305. & ſeqq. Commentaria in Apocalypſin, diſtincta in Libros X. *deſunt in tribus Pariſienſium edit.*

* D. AMEDEI ex monacho Ciſtercienſi Epiſcopi Lanſannæ de laudibus B. Mariæ virginis homiliæ octo ex recognit. Richardi Gibhoni Soc. Ieſu t. 15. pag. 308. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

AMMONIVS, non ille, qui ne à Theophilo eligeretur Epiſcopus, aurem ſuam præſcidit, neque presbyter ille Alexandrinus, quem vna cum Petro Alexandrino martyrium ſubiiſſe ſcribit Euſeb. lib. 8. cap. 25 ſed alius qu dam vir, vt ait Hieronymus, diſertus & valde eruditus in Philoſophia, Alexandriæ clarus habitus eſt. Scripſit Canones Euangelicos, quos Baronius anno Chriſti 174. putat eſſe illos, qui ſub nomine Tatiani poſiti ſunt ſæculo ſecundo: Harmoniam autem Euangelicam, quam nos ita vt inuenimus, ſub nomine Ammonii poſuimus, t. 3. pag. 22. *edit. 1. t. 2 edit. 2. & 3. t. 7.* putat idem autor eſſe Tatiani. Claruit Ammonius ſub Alexandro Mammeæ anno Chriſti 220.

AMOENVS Poeta dicitur Author Enchiridii vtriuſque Teſtamenti Prudentio adſcripti. Habes hoc Enchiridion inter Opera Prudentii, præter pauca admodum quæ poſuimus, t. 5. p. 2 pag. 981 extat etiam eiuſdem Amœni acroſtichis in Leontium pagina citata. Hunc authorem hoc quinto ſæculo ponit Coceius. *edit. 1. & 3. deſunt. edit. 2. t. 8.*

AMPHILOCHIVS Iconii Epiſcopus, quem commendat B. Hieronymus tum in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, tum Epiſtola 84. ſcripſit Homilias non paucas, & alia quædam, vt patet ex Theodoreto & Hieronymo, ex quibus nunc extant Latine edita, Carmen ad Seleucum, quinam Scripturæ libri ſint legendi, t. 4. pag. 917. *edit. 1. in Append. edit. 2. t. 8 edit 3. deeſt.* * Narratio quædam de muliere, quæ peccata ſua in charta conſcripſerat, & pro venia ad Baſilium & Epiphanium recurrerat, habetur ex edit. D. Gerar. Voſſii t. 4. pag. 929. Homilia de Occurſu Domini noſtri IESV CHRISTI, & de Deipara & de Simeone t. 4. pag. 929. *edit. tertia auct. p. ſecunda edit. 1. & 2. deeſt.* Homilia in diem Sanctum Sabbathi, t. 4 p. 931. *deeſt in tribus edit. Pariſium.* Fertur & ſub eius nomine vita Baſilii, quam, quia edita eſt à Roſvveido in vitis Patrũ, hic omiſimus.

ANASTASIVS Abbas, diuerſus ab Anaſtaſio Sinaita, quem Henr. Caniſius ſuſpicatur illum eſſe, cuius meminit Damaſcenus initio libri de triſagio, & Baronius anno Chriſti 749. ſcripſit librum contra Iudæos, qui ab Henrico Caniſio editus extat, t. 8. pag. 319. *edit 1. & 2. deeſt. edit. 3. Auct. p. 2.*

ANASTASIVS Antiochenus patriarcha & martyr, de quo multa Baronius tom. 8. annalium ſcripſit compendiariam Orthodoxæ fidei Inſtitutionem, quæ ſub nomine Anaſtaſii & Cyrilli extat, t. 6. p. 2. pag. 712. *edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 4.* ſcripſit etiam Profeſſionem ſuæ fidei ad Gregorium Magnum, vt patet ex Gregor. lib. 7. epiſtol. epiſt. 48 indictione ſecunda Romanæ editionis, ſed ea non extat. Eundem librum Paſtoralis Gregorii in Græcam linguam tranſtuliſſe teſtis eſt Baronius anno Chriſti 602. Martyrio affectus eſt ſub Phoca Imperatore anno Chriſti 609. vide ibi annales Baronii num. 3.

* ANASTASIVS Sinaita primum in monte Sina monaſticam vitam profeſſus, poſtea epiſcopus Antiochenus, ſcripſit multa teſte Nicephoro, ex quibus extant Latine edita, t. 6. p. 1. pag. 589. & ſeqq. Viæ dux: Anagogicarum Contemplationum in Hexameron libri vndecim: Orationes 5. de Trinitate de Incircumſcripto, de Incarnatione, de Paſſione, & impatibilitate Chriſti, de Reſurrectione Chriſti: Oratio de ſancta Synaxi, Oratio in 6. Pſalmum, Quæſtiones variæ & Reſponſiones ad eaſdem. *edit. 1. t. 6. & 8. & in Append. edit. 2 t 1. & edit. 3. t. 1. & Auctar p. 2 habentur multa ex his & fere omnia, ſed diuerſa interpretationis.* Scripſit & alia nondum edita, de quibus vide quæ in principio Operum ipſius prænotata ſunt.

ANDREAS Cæſarienſis Epiſcopus, B. Baſilii ſucceſſor, ſcripſit Commentarium in Apocalypſim, quod habes t. 4. pag. 500. *edit. 1. deeſt. edit. 2. & 3. t. 1.*

ANDREAS Hieroſolymitanus, Cretenſis epiſcopus, non Hieroſolymitanus, vt putanit Sixtus Senenſis, ſcripſit Marco Hoppero interprete Sermonem in ſalutationem Deiparæ, *edit. 1. t. 7. edit 2. & 3. t. 2.* & * Orationes duas in exaltationem ſanctæ Crucis, edente P. Iacobo Greiſero extant, t. 6. p. 2. pag. 409. floruit, vt vult Caniſius, anno 550. & Coccius 570. *hæ duæ Orationes deſunt in tribus Pariſ. edit.*

* ANDRONICVS Conſtantinopolitanus, ex Imperatoria Comnenorum familia, floruit anno Chriſt 1327. ſcripſit dialogum contra Iudæos, qui ex interpretatione Ioannis Liuinei Antuerpienſis, ab Andrea Schotto Soc. Ieſu & Petro Steuartio editus extat, t. 14. p. 35. & ſeqq. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* ANGELOMVS Monachus Gallus, vixit tempore Lotharii Imper. ſcripſit Commentaria in 4. Libros Regum, & in Cantica Canticorum, quæ ex editione Colonienſi antiqua extant t. 9 p. 1. pag. 700. & ſeqq. *in tribus Pariſienſ. edit. deſunt.*

* ANONYMI Chronicon Alexandrinum, idemque Aſtronomicum & Eccleſiaſticum, vulgo Siculum ſeu Faſti Siculi à Sigonio, Panuinio aliiſque paſſim laudatum interp. Matthæo Radero Societ. Ieſu t. 15. p. 1. & ſeqq. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

ANONYMI cuiuſdam authoris, qui videtur vixiſſe circa tempora Damaſceni, collectanea contra Seuerianos, ab Henr. Caniſio edita extant, t. 8 pag 334. *deſunt in 1. & 2 edit. extant ed 3. Auct. p. 2.*

Digitized by Google

ANONYMORVM incertæ, ſed tamen antiquæ ætatis authorum.

Carmen de Bebiani baptiſmo & vxoris Apræ obitu, t. 15. pag. 1026. *edit. 1. in Append. edit. 2. t. 8. edit. 3. deeſt.*

De laudibus Domini carm. t. 15. pag. 1027. *edit. 1. in Append. edit. 2. t. 8. edit. 3. deeſt.*

De Moſis Cantico & die Paſchatis. carm. pag. 1028. & ſeqq. *edit. 1. in Append. edit. 2. tom. 8. edit. 3. deeſt.*

* Benedictio Dei, ſiue quomodo Deus per Pſalmos ſit laudandus, qui ſcriptus videtur anno Chriſti 814. ex edit. Pet. Steuartii Ingolſt. t. 15. pag. 1029. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* Oppoſitio ex perſona Senerianorum contra fidem orthodoxam, cum reſponſo incerti quoque authoris t. 15. pag. 1042. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* Tractat. contra Græcorum errores, ex editione Pet. Steuartii, t. 15. pag. 1042. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

Collectanea contra Iudæos, ex eiuſdem Petri Steuartii edit. t. 15. pag. 1050. *deeſt in tribus edit. Pariſienſium.*

* S. ANSELMVS Epiſcopus Lucenſis, qui floruit ſæculo 11. ſcripſit contra Guibertum Antipapã pro Defenſione Gregorii Septimi Legitimi Pontif. Romani, librum, qui extat ex edit. Henr. Caniſ. t. 51. pag. 579. vbi & vide quæ de illo prænotata ſunt ab eodem. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

ANTONIVS Epiſcopus Conſtantienſis, ſcripſit Epiſtolam conſolatoriam ad Arcadium quendam à Genſerico Gothorum Rege in exilium actum, extat tom. 5. p. 3. pag. 640. *edit. 1. t. 1. edit. 2. & 3. t. 3.*

ANTONIVS Magnus Abbas ſcripſit epiſtolas ſeptem, quæ extant t. 4. p. 23. *edit. 1. t. 1. edit. 2. & 3. t. 3.* * editus eſt & ſub eius nomine Sermo breuis de vanitate mundi & Reſurrectione mortuorum à Gerard. Voſſio, extat t. 4. p. 31. *in tribus edit. Pariſ. deeſt.*

ANTIOCHVS monachus in laura Sancti Sabæ, de quo multa Baronius tom. 8. annal. ſcripſit homilias multas, quæ extant tom. 7. pag 155. exomologeſin, extat eadem, pag. 230. *edit. 1. in Append. edit. 2. & 3. t. 2.* * Item ad Euſtathium de vitioſis cogitationibus, quæ extat in fine ſæculi ſept. Pet. Pantino interprete t. 7. pag. 638. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* APOLLINARIVS Laodicenus Epiſcopus tempore Conſtantii Imperatoris floruit, ſcripſit pene innumerabilia, ex quibus nunc ſolum extant ex editione Pariſienſi Metaphraſis in Pſalmos verſu heroico, t. 4. pag. 458. *in tribus edit. Pariſ. deeſt.*

APONIVS quidam vir doctus, vt ait Bellarm. lib. de Scripr. Eccleſiaſt. ſcripſit in Cantica Canticorum Commentarium, ex quo Summariola collegit Lucas Abbas S. Cornelii, extat vna cum Summariolis Lucæ Abbatis, & in eadem breuibus Scholiis Vdalrici Reg. t. 9. p. 1. pag. 25. & ſeqq. *edit. 1. deeſt. edit. 2. & 3. t. 1.*

ARATOR S. Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus vixit temporibus Iuſtiniani Imperat. ſcripſit carmine Actus Apoſtolorum, extat hoc opus in duos libros diſtinctum t. 6. p. 2. pag. 1. Epiſtolam ad Parthenium, extat ibidem pag. 6. *edit. 1. & 2. t. 8. edit. 3. deeſt.*

ARETAS Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus floruit, vt vult Coccius circa annum Domini 540. ſcripſit explicationem in Apocalypſim, concinnatam ex commentariis Andreæ Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, extat t. 6 p. 1. pag. 518. *deeſt tribus edit. Pariſ.*

ARISTEAS, ſcripſit de ſeptuaginta duobus Scripturæ Sacræ Interpretibus ad Philocratem fratrem Hiſtoriam, quæ extat t. 1. pag. 1. *edit. 1. Pariſ. tom. 2. edit. 2. & 3. Pariſ. t. 7.* de quo Libro vide quæ habentur initio eiuſdem Hiſtoriæ, eadem pag 1.

* ARNOBII Afri Annotationes in Locos Euangeliſtarum ex recognit. And. Schotti Soc. Ieſu t. 15. pag. 162. *deeſt in tribus Pariſ. edit.*

ARNOBIVS iunior, putatur ſtatim poſt tempora S. Leonis vixiſſe, ſcripſit librum cui titulus eſt conflictus Catholici cum Serapione, qui extat cum notis Franciſci Feuardentii tom. 5. p. 3. pag. 200. Huius etiam Arnobii putantur eſſe Commentarii in Pſalmos, qui ſub nomine Arnobii ſenioris circumferuntur. Habes illos ex emendatione Pariſ. de la Barre. tom. 5. p. 3. pag. 230. *deſunt ambo in tribus edit. Pariſ.*

* ARNOBIVS ſenior ſub Diocletiano floruit; extant huius ſeptem libri Diſputationum aduerſus Gentes t. 3. pag 550. *deſunt in tribus edit Pariſ.*

* ARNOLDVS Carnotenſis, Abbas Bonæ vallis, fuit familiaris S. Bernardi, cuius & vitam ſcripſit, & poſt obitum eius floruit, ſcripſit de 7. verbis Domini in Cruce prolatis, qui cum Scholiis Franciſ. Titelmanni, & ex recognitione R. P. Andr. Schotti Soc. Ieſu extat, t. 12. p. 2 pag 419. & ſeqq. *extant ex alia edit. in Pariſ. prima edit. t. 6. edit. 2. & 3. tom. 1.* Scripſit præterea Sermonem de laudibus B. Virginis, extat t. 12. p. 2. pag. 436. *edit. 1. t. 6. edit. 2. & 3 t. 1.* * Item Tractatum de Operibus ſex dierum ex recognition. Dionyſ. Petroneti Melodunenſis, Eccleſiaſtæ Antiſiodorenſis, qui extat. t. 12. p. 2. pag. 438. *deeſt in tribus edit. Pariſien.*

* ARNVLPHVS Lexouienſis Epiſcopus, floruit anno Domini 1180. ſcripſit Epiſtolas, Conciones & Epigrammata, quæ omnia ex Bibliotheca Odonis Turnebi, Pariſiis edita, extant t. 12. p. 2. pag. 458. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

ARTICVLI & errores varii damnati Pariſiis, vt ſequitur.

Articuli Reuocati Pariſiis per Guidonem, anno 1318. tom. 14. pag. 343. *edit. 1. deeſt. edit. 2. & 3. tom. 4.*

Articuli de diuina eſſentia damnati per Pariſienſes anno 1340. t. 14. pag. 343. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3 tom. 4.*

Pariſienſis Academiæ Conſtitutiones anno 1344. tom. 14. pag. 343. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. tom. 4.*

Ioan. de Mercuria Ciſtercienſis ordinis errores anno 1348. t. 14. pag. 344. *ed. 1. deeſt, ed 2. & 3. t. 4.*

Ioan. de Vltricuria errores & propoſitiones, tom. 14. pag. 344. *edit. 1. deeſt, edit. 2 & 3. t. 4.*

Concluſionum reuocatio per Simonem anno 1351. t. 14. pag. 346. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. t. 4.*

Formula reuocationis per Guidonem, anno 1354. tom. 14. pag. 347. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. tom. 4.*

Articulorum Ludouici reuocatio anno 1362. t. 14. pag. 348. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. t. 4.*

Magiſtri Ioan. de Calore reuocatio anno 1363. t. 14. pag 349. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. t. 4.*

De Alcmarianorum hæreſibus narratio, anno 1363. tom. 14. pag. 349. *edit. 1. deeſt, edit. 2 & 3. tom. 4.*

Soulechat Minoritæ reuocatio. 1365. & 1369. tom. 14. pag. 349. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. t. 4.*

* ASTERIVS non ille Arrianæ ſectæ Epiſcopus, cuius meminit Hieronymus in Catalogo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Theodoretus in Philotheo cap. 2. ſed alius quidam Amaſæ vrbis Epiſcopus, qui vna cum Acacio legatione functus eſt ad S. Iulianum, cognomento Saban, teſte Theodoreto loco citato, vixit temporibus Iuliani Apoſtatæ, & ſucceſſorum eius, vt patet ex Homilia 3. paulo vltra medium, vbi de iis qui tempore Iuliani Fidem negauerunt, ita ſcribit: *& hæc quidem antiquorum exempla temporum memoria ſeruauit. Sunt etiamnum recentia ac noſtra ætatis, cum enim Imperator ille, &c.* extant huius Homiliæ tom. 4. pag. 697. ex Interpretatione Philip. Rubeni I. C. Antuerpienſ. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

ATHANASIVS Conſtantinopolitanus Patriarcha floruit iuxta Coccinm XIII. ſæculo, ſcripſit Epiſtolas octo de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia, extant t. 13. pag. 486. *edit. 1. t. 1. ed. 2 & 3. t. 3.*

ATHENAGORAS Athenienſis Philoſophus Chriſtianus tempore Marci Aurelii Antonini & Commodi floruit, quibus pro Chriſtianis Apologiam obtulit, extat t. 2. pag. 129. ſcripſit & de Reſurrectione mortuorum librum, extat t. 2. p. 140. ambo ex interpret. Suffridi Petri Leouardienſis *edit. 1. t. 8. edit. 2. t. 9. edit. 3. t. 8.*

AVRELIVS Prudentius vir conſularis, & Poëta egregius ſcripſit multa carmine, quæ extant tom. 4. pag. 848. *edit. 1. & 3. deſunt, edit. 2. t. 8.*

B.

BACHIARIVS, qui tempore S. Auguſtini vixit, ſcripſit Epiſtolam de recipiendis lapſis ad Ianuarium, quæ extat t. 5. p. 1. pag. 1085. *edit. 1. t 1. edit. 2. & 3. t. 3.*

BARLAMVS Gyracenſis, vel verius Hieracenſis epiſcopus græcus floruit XIV. ſæculo, ſcripſit Epiſtolas ad Græcos de Vnione cum Romana Eccleſia, & proceſſione Spiritus Sancti, quæ ex Biblioth. Seren. Maximil. Principis Bauariæ recognitæ, per Henricum Caniſium editæ extant tom. 14. pag. 3. & ſeqq. * Eiuſdem Barlaami Ethica ſecundum Stoicos, extat t. 14. pag. 26. & ſeqq. *in tribus edit. Pariſienſium deeſt.*

BASILIVS Imperator ſcripſit Epiſtolam exhortatoriam ad Leonem filium cognomento Philoſophum, quæ extat tom. 9. p. 2. pag. 1. *edit 1 deeſt, edit. 2. & 3 extat. t. 5.* Epiſtolam ad Nicolaum Papam, quæ extat inter Epiſtolas Pontificum; Orationes quaſdam, quæ extant in VIII. Synodo, ac propterea à nobis omittuntur.

* BASILIVS Seleuciæ S. Ioannis Chryſoſtomi æqualis & familiaris, ad quem putat Photius Chryſoſtomum ſcripſiſſe Libros de Sacerdotio, ſcripſit multa, ex quibus nunc extant Latine edita, Orationes 43. quas habes interprete Cl. Dauſquio Audomario Soc. Ieſu t. 5. p. 3. pag. 409. Demonſtratio aduerſus Iudæos De Aduentu Chriſti, ex interpretatione Franciſci Turriani Soc. Ieſu pag. 472. *edit. 1. & 3. deſunt omnia, edit. 2. t. 2. aliquæ orat. & ex alia tranſlatione.* Vita Theclæ ſoluta oratione, hanc tamen quia noſtri inſtituti non eſt Vitas Sanctorum edere, conſulto hic omiſimus.

BELISARII Poetæ de Sedulio Acroſtichis t. 5. p. 1. pag. 417. *edit. 1 & 2. t. 8 edit 3. deeſt.*

* BENEDICTVS Abbas inſtitutor Ordinis Benedictinorum, de quo multa Baronius tom. 7. annal. vir fuit ſanctitate, miraculis, doctrina, & genere illuſtris, quippe qui Iuſtinianum auum non quidem Imperatorem, vt aliqui ſimilitudine nominis decepti opinati ſunt, ſed conſulem habuit. Scripſit regulam monachorum, diſtinctam, inquit Trithemius, in capita 75. epiſtolam ad Remigium Rhemenſem epiſcopum, quam tamen Baronius tom. 6. annal. anno Chriſti 507. num. 3 contendit non eſſe S. Benedicti, ſed alterius cuiuſdam Benedicti prædiuitis, cuius filiam Remigius à Dæmonibus liberauerat: Sermonem in morte Placidi, ſermonem in deceſſu Mauri & ſociorum, epiſtolam ad S. Maurum, Ordinem qualiter in monaſterio verſari oportet. Extant hæc omnia tom. 6. p. 1. pag. 419. vna cum ordine profitendi ſub regula S. Benedicti. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſienſium.*

BERENGOSVS Abbas ſcripſit de inuentione S. Crucis lib. 3. de myſterio ligni Dominici, & de luce viſibili ac inuiſibili lib. vnum, ſermones varios, extant hæc omnia tom. 7. pag. 277. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. t. 2.* ponit hunc Auctorem Bellarminus ſæculo 7. Sed addit incertum eſſe, quo tempore vixerit.

BERNO Abbas Augienſis floruit anno 1014. ſcripſit librum de quibuſdam rebus ad Miſſam ſpectantibus, extat tom. 11. pag. 51. *edit. 1. t. 4. edit. 2. t. 6. edit. 3. Auct. p. 1.*

* BEROSI Chaldæi, aliorumque vetera fragmenta collecta & Latine conuerſa ab Andr. Schotto Soc. Ieſu, præcedit cenſura in Beroſum Caſparis Varrerii: ex edit. Romana Anno 1565. tom. 15. pag. 107. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

* S. BONIFACIVS Archiepiſcopus Moguntinus, & Martyr, de quo multa Baronius t. 9. Annal. Scripſit epiſtolas multas, quæ vna cum epiſtolis aliorum ad ipſum S. Bonifacium extant t. 8. pag. 67. & ſeqq. per Nicol. Serar. Soc. Ieſu editæ, & notis illuſtratæ. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

* BRVNO, Herbipolenſis Epiſcopus, patruelis Conradi II. Imperatoris, ſcripſit Commentaria in Pſalterium, & Cantica tam noui quam veteris Teſtamenti, item in orationem Dominicam & Symbolum Apoſtolor. & Athanaſii, extant tom. 11. pag. 59. & ſeqq. omnia ex Ioan. Cochlæi recognitione. *in tribus edit. Pariſienſium nihil.*

C.

CÆSARIVS Arelatenſis epiſcopus, floruit temporibus Symmachi Papæ, ſcripſit Homilias diuerſas, quæ extant ex recognitione Fronton. Ducæi Soc. Ieſu t. 5. p. 3. pag. 745. *edit. 1. t. 7. ſed alio titulo nempe Feliciarii, edit. 2. & 3. t. 2.* Exhortationem ad tenendam Caſtitatem, ibid. p. 787. Epiſtolam ad quoſdam Germanos ibid. pag. 788. Tractatum de decem Virginibus, ibid. pag. 790. *extant hæc poſtrema opuſcula edit. 3. auct. p. 2. edit. 1. & 2. deſunt.*

CÆSARIVS Gregorii Nazianzeni frater, de quo multa Baronius anno Chriſti 354. 362. 364 & 368. quem ipſe Gregorius frater vita iam functum egregia oratione laudauit, ſcripſit varia Opera, & potiſſimum contra Græcos, vt author eſt Suidas: ſed nunc ſolum extant Dialogi quatuor, ex editione Pariſienſi operum S. Gregorii Nazianzeni anno 1583. t. 4. pag. 6[illegible]. *edit. 3. auct. p. 2. edit. 1. & 2. deſunt.* Hi tamen Dialogi ab alio aliquo aucti ſunt, adiectis ſubinde quibuſdam eiuſdem argumenti cum iis quæ tractat Cæſarius, ex Gregorio Nyſſeno, & aliis authoribus.

* B. CALIXTI Pap. II. Sermones IV. in S. Iacob. Apoſt. in Galæcia habiti à P. Ioan. Mariana Soc. Ieſu nunc primum editi t. 15. pag. 324. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

CEREALIS Epiſcopus Caſtalenſis ſcripſit Librum contra Maximum Arianum, qui extat t. 5. p. 3. pag. 646. *edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 4.*

* CHRISTIANVS Druthmarus dictus Grammaticus Monachus Corbeienſis, ſcripſit Commentaria in Matthæum, item Epitomen in Lucam & Ioannem, extant tom. 9. p. 1. pag. 860. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

CHROMATIVS Aquileienſis Epiſcopus, de quo Baronius in Notis ad Martyrologium 2. Decembris, vixit temporibus S. Hieronymi, qui eius ſæpe meminit, ſcripſiſſe dicitur in totum Matthæum, ſed nunc ſolum extat de 8. Beatitudinibus Homilia t. 4. pag. 834. Homilia in cap. 5. Matthæi & partem 6. pag. 835. Fragmentum in 3. & 4. cap. Matth. pag. 846. *edit. 1. t. 7. quædam deſunt. edit. 2. & 3. t. 2.*

CHRYSIPPVS quidam presbyter Hieroſolymitanus ſcripſit Sermonem de S. Maria Deipara, qui extat t. 6. p. 2. pag. 711. *edit. 1. t. 7. edit. 2. & 3. t. 2.* hunc authorem ſæculo ſexto ponit Margarinus, & fortaſſis idem ille eſt quem Photius in ſua bibliotheca tradit ſcripſiſſe de martyrio Nicodemi, Gamalielis & Abibonis.

* CLAVDIANVS Mamercus presbyter Viennenſis, ſcripſit de Statu Animæ Libros tres, qui extant ex recognitione Andr. Schotti Soc. Ieſu t. 5. p. 1. pag. 944. *ex editione diuerſa extant edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 4.* Aduerſus varios errores extat t. 5. p. 1. pag. 978.

CLAVDIVS Altioſiodorenſis, vel, vt alii volunt, Taurinenſis Epiſcopus, natione Scotus, ſcripſit multa in ſacram Scripturam, ſed ex iis nihil habere potuimus, præter Commentarium in Epiſtolam ad Galatas, qui extat t. 9. p. 1. pag. 64. & ſeqq. *edit. 1. & 2. deeſt, edit. 3. Auct. p. 2.*

CLAVDIVS Marius Victor Rhetor Maſſilienſis, ſcripſit Carmine in Geneſin Commentariorum Libros 3. extant t. 5. p. 3. pag. 395. Carmen de peruerſis ſuæ ætatis moribus, ad Salomonem Abbatem, extat pag. 408. *edit. 1. t. 7. edit. 2. t. 8. edit. 3. deeſt.* Moritur ſub Theodoſio Iuniore.

COELIVS Sedulius presbyter Scotus, ſcripſit mirabilium Diuinorum, ſiue operis Paſchalis libros 4. carmine; quos dedicauit Theodoſio Auguſto. Extant t. 5. p. 1. pag. 403. Eiuſdem argumenti ſoluta oratione Lib. 5. extant t. 5. p. 1. pag. 418. * Collectanea in Epiſtolas Pauli extant t. 5. p. 1. pag. 438. Hymnum de Vita Chriſti pag. 417. *præter Collectanea in Epiſt. Pauli, habentur omnia edit. 1. & 2. t. 8. in 3. edit. deſunt omnia.*

S. COLVMBANI Abbatis Epiſtola carmine, ex Pithæi Pariſ. edit. tom. 15. pag. 189. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

COLVMBANVS Scotus cœnobii Bobienſis in Italia primus fundator & Abbas, ſcripſit, teſte Sigeberto de viris illuſtribus multa ad canendum digna & ad docendum vtilia, ex quibus nunc extant tom. 6. p. 1. pag. 406. Carmen Monoſtichon, & epiſtola ad Hunaldum diſcipulum, in qua deteſtatur auaritiam. *edit. 1. & 3. deſunt, edit. 2. t. 8.*

CONSTANTINI Harmenopuli, de opinionibus hæreticorum, qui ſingulis temporibus extiterunt; & eiuſdem fidei profeſſio. t. 15. pag. 988. *edit. 1. in Append. edit. 2. & 3. t. 4.*

COSMAS Hieroſolymitanus floruit, vt author eſt Suidas, temporibus Damaſceni, ſcripſit hymnos varios, qui extant t. 7. pag. 536. *edit. 1. in Append. edit. 2. t. 8. edit. 3. deſunt.*

CYRILLVS Archiepiſcopus Hieroſolymitanus ſub Conſtantio Imperatore floruit, ſcripſit Catecheſes, quæ extant t. 4. p. 395. Epiſtolam ad Conſtantium Imperatorem, t. 4. p. 455. *edit. 1. & 3. deſunt, edit. 2. t. 2.* Orationem de occurſu Domini, ſiue de Simeone Deum ſuſcepturo, t. 4. pag. 456. *edit. 1. & 2. deeſt, edit. 3. Auct. p. 2.*

D.

DACRIANVS Abbas ordinis S. Benedicti ſcripſit ſpiritualis vitæ documenta, & ſpeculum monachorum, extant t. 8. pag. 384. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. t. 5.* hunc auctorem 8. ſæculo vixiſſe ſentit Margarinus de La Bigne.

DAMASVS Papa anno ſexto Theodoſii obiit: quæ ex eius ſcriptis ſunt reliqua, partim extant apud Hieronymum: partim apud Theodoretum, partim apud Baronium, partim hic tom. 4. pag. 543. *edit. 1. & 3. deſunt. edit. 2. t. 8.*

* DAVID de Auguſta dictus, natus fuit Auguſtæ Vindelicorum in Germania, ordinis Minorum, vir piiſſimus ſcripſit varia opuſcula ſpiritualia valde vtilia, quæ extant omnia ex editione Auguſtana, t. 13. pag. 413. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

* DESIDERIVS Cadurcenſis, Fauſti & Ruricii æqualis, ſcripſit Epiſtolarum ad Diuerſos Librum vnum; editum per eundem Henricum Caniſium, extat t. 5. p. 3. pag. 556. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

DIADOCHVS Epiſcopus Photices ſcripſit de Perſecutione Spirituali capita 100. quæ habes t. 4. pag. 745. *edit. 1. t. 1. edit. 2. & 3. t. 5.*

DIDYMVS Alexandrinus, præceptor S. Hieronymi, ſcripſit multa, ex quibus nunc ſolum extant libri de Spiritu Sancto inter opera Hieronymi, ex editione Antonii Hierati. Enarratio in Epiſtolas Canonicas, to[illegible] 4. pag. 248. *edit. 1. deeſt. edit. 2. t. 9. edit. 3. t. 8.* Liber contra Manichæos t. 4. pag. 265. *edit. 1. & 2. deeſt edit. 3. Auct. p. 2.*

DIONYSIVS Alexandrinus claruit anno Chriſti 250. ſed ſcripta eius magna ex parte interierunt, extat Epiſtola eius ad Eccleſiam Alexandrinam pag. 69. Liber ſeu Epiſtola contra Paulum Samoſatenum pag. 70. *edit. 1. & 2. deſunt, edit. 3. Auct. p. 2.* cui ſubiungitur Epiſtola Epiſcoporum Synodi Antiochenæ p. 77. Epiſtola ad Baſilidem pag. 81. *edit. 1. t. 1. edit. 2. t. 3. edit. 3. deeſt.*

* S. DIONYSIVS AREOPAGITA Pauli Apoſtoli diſcipulus fuit, & Galliarum Apoſtolus, ſcripſit de cœleſti Hierarchia, de Eccleſiaſtica Hierarchia, de Diuinis nominib. epiſtolas; quæ omnia extant t. 1. pag. 97. & ſeqq. ex recognitione Petri Lanſſelii Grauelingani Soc. Ieſu, cum Diſputatione ipſius Apologetica pro eodem S. Dionyſio. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſienſium.*

DOROTHEVS Archimandrita ſcripſit de vita recte inſtituenda doctrinas aliquas, quas habes t. 4. pag. 762. *edit. 1. t. 3. edit. 2. & 3. t. 2.*

DOROTHEVS Tyrius dicitur tempore Diocletiani exilium paſſus, extat ſub huius nomine edita Synopſis de vitis Prophetarum, & diſcipulorum Chriſti t. 3. pag. 143. *edit. 1. tom. 2. edit. 2. & 3. tom. 7.*

DRACONTIVS Presbyter Hiſpanus compoſuit verſibus Heroicis Hexameron, teſte Iſidoro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, extat hoc opus t. 6. p. 1. pag. 500.

DREPANIVS Florus, cuius, vt putat Baronius, meminit Sidonius Apollinaris Lib. 8. epiſtola 11. ſcripſit Carmina quædam, quæ extant t. 5. p. 3. pag. 643. *edit. 1. & 3. deeſt. edit. 2. t. 8.*

DROGO primum Abbas Laudunenſis, poſtea Hoſtienſis epiſcopus, floruit tempore S. Bernardi, ſcripſit Sermonem de Paſſione Domini, extat t. 12. p. 1. pag. 482. *edit. 1. t. 8. edit. 2. & 3. t. 2.*

DVNGALI Liber Reſponſionum aduerſus Claudii Taurinenſis Epiſcopi ſententias ad Lodouicum Imper. & filium eius Lotharium Auguſtum, extat t. 9. p. 2. pag. 875. vbi & vide quæ ibi Papirius Maſonus annotauit. *deeſt in edit. 1. & 2. Pariſienſi extat edit. 3. Auct. p. 2.*

DVRANDVS Leodicenſis epiſcopus, vixit iuxta Coctium XI. Sæculo, ſcripſit de corpore & ſanguine Domini, Epiſtolam contra Brunonem Aodegauenſem Epiſcopum, & Berengarium Turonenſem, extat t. 11. pag. 432. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. t. 3.*

E.

ECKBERTVS primum Presbyter Eccleſiæ Bonnenſis, Colonienſis Diœceſis, poſtea Monachus Schonaugienſis floruit anno Chriſti 1160. ſcripſit plura, quæ refert Trithemius, extant tantum contra Catharos hæreticos Sermones, Item excerptum ex Auguſtino de Manichæis, extant ex antiq. edit. Colonienſi tom. 12. p. 1. pag. 897. & ſequentibus. *edit. 1. & 2. deſunt. edit. tertia extant Auct. p. 2.*

S. EDMVNDVS Theologus Pariſ. & Cantuarienſis Archiep. floruit anno 1240. ſcripſit Libellum, qui inſcribitur Speculum Eccleſiæ, quod habetur t. 13. pag. 355. & ſeqq. *ed. 1. deeſt, ed. 2. & 3 t. 5.*

* S. ELEVTHERII Tornacenſium I. epiſcopi Sermones & vita ex m. ſ. cod. ab And. Schotto Soc. Ieſu nunc primum edit. t. 15. pag. 167. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

ELIGIVS epiſcopus Nouiomenſis, obiit teſte Sigeberto in Chronico, anno Domini 666. ſcripſit homilias 16. quæ extant t. 7. pag. 232. *edit. 1. in Append. edit. 2. & 3. t. 2.*

* ENGELBERTI Abbatis Admontenſis, qui ſub Rudolpho Habsburgio floruit, Liber de ortu, progreſſu, & fine Rom. Imperii; ex recognit. P. Andr. Schotti, Societ. Ieſu t. 15. pag. 688. *deeſt in tribus edit. Pariſienſium.*

* ENNODIVS epiſcopus Ticinenſis floruit tempore Symmachi & Hormiſdæ Pontificum

circa annum Domini 503. opera eius ex editione Patris Iacobi Sirmondi Societ. Ieſu, vna cum præfixo indice operum extant, t. 6. p. 1. pag. 192. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

ESAIAS Abbas ſcripſit ad fratres, cum quibus viuebat, homilias 29. extant tom. 7. pag. 313 *edit.* 1. *t* 3. *edit.* 2 *&* 3. *t.* 2. ponit hunc authorem Bellarminus ſeculo 7. ſed addit incertum eſſe quo tempore vixerit.

* ETHERIVS Epiſcopus Vxamenſis & Beatus Presbyter, ſcripſerunt aduerſus Elipandum Archiepiſcopum Toletanum libros duos, qui à Petro Steuartio Profeſſore Ingolſt. &c. editi, extant. t. 8. pag. 338. & ſeqq. *deſunt in tribus edit Pariſ.*

EVAGRIVS non ille Antiochenus Epiſcopus, de quo Hieronymus in lib. de Scriptoribus, ſed Ponticus ille, qui ex Diacono Conſtantinopolitano factus eſt monachus, de quo Hieronymus in Epiſtola ad Creſiphontem, ſcripſit multa monachis, vt ait Gennadius, neceſſaria, quæ recenſet partim ipſe Gennadius in Catalogo, partim Socrates lib. 4. Hiſtoriæ. Sed ex his nunc ſolum extat Liber, ſeu potius Epitome lib. de Octo vitioſis Cogitationibus t. 4. pag. 925. *edit.* 1. *deeſt edit.* 2. *&* 3. *t.* 5. Ab aliquibus etiam huic Euagrio tribui ſolet Liber, qui inſcribitur Apophthegmata Anachoretarum: quem, quia à Roſvveido inter vitas Patrum nuper eſt editus, hic omiſimus.

* EVAGRIVS Scholaſticus floruit temporibus Mauritii Imperatoris, ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam diſtributam in lib. 6 extat t. 6. p. 2. pag. 632. *in tribus Pariſ. edit. deeſt.*

* EVANTIVS Abbas, qui putatur vixiſſe circa annum Domin. 590 de quo vide præfationem Henr. Caniſ. ad Lectorem. ſcripſit contra eos, qui ſanguinem immundum eſſe iudicant & carnem mundam eſſe dicunt, Epiſtolam, quæ extat t. 6. p. 2. pag. 756. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* EVCHERIVS Lugdunenſis ſcripſit librum formularum, Quæſtiones veteris ac noui Teſtamenti, Hebraicorum nominum interpretationem, de Vita ſolitaria; illuſtrata, recenſita, & emendata ab Andrea Schotto Societ. Ieſu, extant t. 5 p. 1. pag 739. Feruntur etiam ſub eius nomine Commentaria in Geneſin; & in libros Regum ex editione Romana, hæc habes eodem t. 5. p. 1. pag. 779. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.*

* Eiuſdem EVCHERII Lugdunenſ. libellus de laude eremi per Heribert. Roſvveidum Societ. Ieſu editus t. 15. pag. 981. *deeſt in tribus edit Pariſ.*

EVDOCIA Theodoſii iunioris vxor, ſcripſit Homero-Centones de Chriſto extant t. p. 1068. *edit.* 1. *&* 2 *t.* 8. *edit.* 3. *deſunt.*

* B. EVGENII Iunioris Epiſcopi Toletani pia poëmata ex Pithoei Pariſ. edit. t. 15. pag. 236. *deſunt in tribus Pariſ. edit.*

S. EVLOGIVS Cordubenſis, electus Epiſcopus Toletanus, & martyr, vixit tempore perſecutionis Sarracenorum, quæ incidit in annum Dom. 850. ſcripſit Memoriale Sanctorum, Apologeticum pro Martyribus, Exhortationem ad martyrium, & Epiſtolas aliquot, quæ omnia extant t. 9. p. 1. pag. 645. & ſeqq. *edit. prima deſunt. edit.* 2. *extant t* 9 *item edit.* 3. *t.* 8.

* EVSEBIVS Emiſſenus, non ille cuius meminit Hieronymus in Catalogo, ſed alius quidam, vt ex Homiliis apparet, Gallicanus epiſcopus, ſcripſit Homilias, quas alii putant eſſe S. Eucherii. Nos eas ex recognitione Andreæ Schotti Societat. Ieſu, nomine Euſebii Gallicani poſuimus, tom. 5. p. 1. pag. 544 * Quibus ſubiunximus eodem tom. 5 p. 1 pag 607 Homilias in Euangelia totius Anni, quæ etiam ſub Euſebii Emiſſeni nomine circumferebantur, ſed tamen à præcedentibus ſtylo differunt, & videntur ex diuerſis Authoribus ab aliquo collectæ. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.*

* S. EVSEBII Epiſcopi cuiuſdam authoris incertæ ætatis oratio de commemoratione ſanctorum ex edit. Logd. Gallei, tom. 15. pag. 934. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

EVSEBIVS Vercellenſis epiſcopus, de quo multa Baronius t. 4. annal. ſcripſit in exilio Epiſtolam vnam de ſtatu ſuo ad presbyteros quoſdam Italiæ, extat t. 4. pag. 1069. Libellum facti ad Patrophilum, extat p. 1070. *extant ambo edit.* 1 *t.* 1. *edit.* 2. *&* 3. *deſunt.*

* EVTROPII Abbatis, incertæ ætatis Authoris, ad Pet. Papam Epiſtola, ex recognit. Gallei Logdun. impreſſ. t. 15. pag. 998. *deeſt in tribus Pariſ. edit.*

F.

FAVSTINVS Diaconus floruit Valentiniano & Theodoſio Imperatoribus, ſcripſit lib. de Trinitate, ſeu de fide contra Arrianos, qui habetur tom. 4 pag. 545. *edit. prima tom* 5. *edit* 2 *&* 3. *tom.* 4. hic liber etiam ſub nomine Gregorii Bætici totus fuit editus, niſi quod epiſtola ad Flaxillam eſſet motila.

FAVSTVS ſiue vt alii legunt, Fauſtinus, ex Monacho Lirinenſi epiſcopus Rheginenſis, de quo multa Baron. Tom. 6. Annal. ſcripſit diuerſa Opuſcula, quæ recenſent Gennadius & alii, ex iis nunc extant tom 5. p. 3. pag 500. Sermo ad Monachos: pag 502. Exhortatio ad bonam vitam & profeſſio Fidei ad Leontium: pag 503. De libero Arbitrio Libri 2 pag 523. Epiſtolæ ad Diuerſos: *ed.* 1. *t.* 5. *& in Append. edit.* 2. *&* 3 *t.* 2. *&* 4. extat etiam huius Fauſti Homilia quædam de Maximo in Bibliotheca Lirinenſi nuper edita, quæ à nobis conſulto omittitur, quod noſtri inſtituti non ſit vitas Sanctorum edere. Scripſit præterea librum de Creaturis, quod in illis incorporeum nihil ſit, quem habes præfixum Operibus Claudiani Mamerci, qui huic libro reſpondet tom. 5 p. 1. huius

Biblio-

Bibliothecæ, vixit Fauſtus medio tempore inter S. Auguſtinum & Proſperum, adeoque errant, qui eum faciunt Diſcipulum S. Benedicti.

FERRANDVS Diaconus, de quo multa Baronius tom. 7. annal. vixit temporibus S. Fulgentii. extant ex eius ſcriptis, t. 6. p. 1. pag. 343 paræneticum ad Reginum. item epiſtolæ 2. pag. 352. & aliæ tres inter epiſtolas Fulgentii. *aliqua extant edit. prima in Append. edit. 2. t. 5. edit. 3. 10. 5. & Auct. p. 2.*

FLORVS Magiſter, monachus Monaſterii S. Trudonis ſcripſit teſte Sigeberto, de viris Illuſtr. cap. 93. expoſitionem in Epiſtolas Pauli collectam ex S. Auguſtino: hoc opus non videtur extare. Scripſit præterea exegeſin, ſiue expoſitionem Miſſæ, quæ extat tom. 9. p. 2. pag. 297. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6.*

S. FRANCISCVS Aſſiſias, quæ ciuitas eſt in Vmbria, primus inſtitutor ſui ordinis, toto orbe ſanctitate clariſſimus, ſcripſit aliqua pia opuſcula, ex quibus extant: Exhortatio ad fratres omnes, t. 13. pag. 348. Laus Domini Dei altiſſimi: Oratio ad Deum vna, & binæ ad B. Virginem: Verba ipſius ad humilitatem, obedientiam, &c. inducentia eod. tom. pag. 350. Epiſtola ad Sacerdotes ſui Ordinis: Teſtamentum ipſius S. Franciſci, pag 351. Oratio ſuper *Pater noſter*, pag. 352. *extant omnia edit. prima t. 3. edit. 2 & 3 t. 5.*

* FRANCO ſecundus Abbas Cœnobii Affligienſis, vixit circa annum Dom. 1109. ſcripſit diuerſa opuſcula, quæ enumerat Trithemius, ex quibus extant tom. 12. p. 1. pag. 448. & ſeqq. de Gratia Dei Liber diſtributus in Tomos 12. Epiſtolæ duæ, ex editione Antuerpienſi. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

* FRECVLPHVS Lexouienſis Epiſcopus floruit tempore Ludouici Pii Imperat. ſcripſit Hiſtoriarum Tomos duos: primum ad Eliſacharum præceptorem ſuum, diſtributum in libros 7. cuius meminit Trithemius, continet res geſtas ab orbe condito, vſque ad Natiuitatem Chriſti. Alterum ad Iudith Auguſtam diſtributum in libros 5. qui continet res geſtas à Natiuitate Chriſti, vſque ad Regnum Longobardorum, extant tom. 9. p. 1 pag. 419. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

* FVLBERTVS Carnotenſis Epiſcopus, floruit anno Dom. 1010. ſcripſit epiſtolas multas, Sermones etiam ad populum & hymnos aliquot, extant hæc omnia ex m. ſ. Codd. Biblioth. Reg. Colleg. Nauarræ, Petri Petauii & Nicolai Fabri, ſtudio Caroli de Villiers D. Theol. Pariſienſis edita, & notis illuſtrata, tom. 11. pag. 1. & ſeqq. *edit. prima t. primo pauca extant, item edit. ſecunda t. 3. & t. 8 edit. 3. nihil.*

* FVLGENTIVS Ruſpenſis epiſcopus, cuius vita, & res geſtæ habentur initio ante opera ipſius, ſicuti & Elenchus eorum omnium quæ ſcripſit, & extant tom. 6. p. 1. pag. 1 *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

G.

S. GALLVS * Abbas, diſcipulus S. Columbani, cuius vitam conſcripſit VValfridus Strabo, Sermonem habuit in conſecratione Ioannis Epiſcopi Conſtantinenſis, qui extat tom. 6. p. 2. pag. 713. *deeſt in tribus edit. Pariſ.* Hic author per incuriam Sæculo 6 poſitus eſt, cum fuerit ponendus ſæculo 7. obiit anno Domini 640. vide Martyrologium Baronii 16. Octob.

* S. GALLI monaſterii illuſtrium viror. epigrammata ſeu hymni ſacri ex edit. Henrici Caniſii. tom. 15. pag ~~287~~ 1009 *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

GAVDENTIVS Brixienſis Epiſcopus, de quo multa Baronius anno 386. num. 6. & ſequentibus, ſcripſit Tractatus aliquos in varia Scripturæ loca, qui extant tom. 4. pag. 801. *edit. prima tom. 7. edit. 2. & 3. t. 2.*

GELASIVS Papa putatur à quibuſdam ſcripſiſſe Librum de duabus in Chriſto Naturis, qui ſub nomine Gelaſii circumfertur, & extat tom. 5. p. 3. pag 667. *edit. 1. t. 8. edit. 2. & 3. t. 4.* ſed vide quæ ibi prænotata ſunt ex Bellarmino.

* GEORGIVS Piſides, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconus, & Chartophylax, ſeu Referendarius, ſcripſit inter alia quæ non extant, Opus 6. dierum, quod habetur interprete Frederic. Morello, tom 7. p. 256. & ſeqq. *edit. 1. & 3. deeſt. edit. 2. t. 8.* floruit hic idem Author hoc ſæculo ſeptimo.

GEORGIVS Scholarius, ſiue Gennadius, vir inter Græcos doctiſſimus vixit anno 1440. ſcripſit orationes quatuor de pace inter Græcos & Latinos ineunda, quæ habentur græce & latine poſt Concilium Florentinum in quarto tomo Conciliorum ex editione Anton. Hierati huius Anni 1618. ſcripſit præterea quinque Orationes de quinque articulis controuerſis pro veritate Catholica, quæ extant tom. 14. pag 375. *edit. prima tom. 5. & in Append. aliqua habentur: edit. 2. & 3. omnia tom. 4.*

GERARDVS Zutphanienſis, natione Belga floruit anno Domini 1390. ſcripſit opuſcula duo ſpiritualia. I. De reformatione interiori ſeu virium animæ. II. de ſpiritualibus aſcenſionibus extant ex antiqua edit. Colonienſi tom. 14. pag. 108. & ſequentib. *edit. 1. & 2. deſunt edit. 3. Auct. p. 2.*

* GERBERTVS Primum Remorum, dein Rauennatum Archiepiſcopus, poſtea Roman. Pontifex Sylueſter Secundus dictus, vixit ſæculo decimo, & XI. de quo multa Baron. in Annalib.

Digitized by Google

& Seuer. Binius in Conciliis, ſcripſit ante Pontificatum Epiſtolas breuiores plures, quas ex Biblio beca Papyrii Maſſoni habes t. 10. pag. 615. *in tribus edit. Pariſ. deſunt.*

S. GERMANVS Conſtantinopolitanus Patriarcha, vixit temporibus Leonis Iſaurici: Scripſit multa, ex quibus nunc extant latine tom. 8. pag. 53. & ſeqq. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6.* Theoria Rerum Eccleſiaſticarum: Expoſitio in orationem Dominicam, coniuncta cum expoſitione Petri Laodicenſis, quæ tamen tota ad verbum deſumpta eſt ex eadem theoria: *edit. 1. t. 6. edit. 2. & 3. t. 1.* * Fragmentum aliquod contra hæreſes ad Anthimum ab Henr. Caniſio editum. * Encomium in ſanctiſſimam Deiparam Petro Pantino interprete, quod tamen Iacob. Gretſerus Soc. Ieſu, in notis ad libros ſuos de Cruce, putat eſſe alterius Germani, ſicuti & ipſam theoriam. *hæc duo opuſcula deſunt in tribus edit. Pariſ.*

* GERMANVS Patriarcha Conſtantinopolitanus, vixit ſæculo 12. & ſcripſit præter alia Orationem in primam Ieiuniorum Dominicam, & in ſanctarum & venerabilium Imaginum reſtitutionem, extat à R. P. Iacob. Gretſero Societ. Ieſu edita, tom. 12 p. 1. pag. 1188. *in tribus edit. Pariſ. deeſt.*

GILDAS Sapiens ſcripſit de Excidio Britanniæ librum, qui extat t. 5. p. 3. pag. 675. item reprehenſionem ad clerum Britanniæ, extat ibid pag. 681. *ambo extant edit. 1. t. 3 edit. 2. & 3. t. 5.*

GVFFRIDVS Abbas Vindocinenſis & Cardinalis tituli S. Priſcæ, vixit vſque ad tempora Innocentii II. Pontif. ſcripſit Epiſtolarum Libros quatuor, Opuſcula 17. Sermones 12. quæ omnia ex recognitione & cum Notis Iacob. Sirmundi Societ. Ieſu extant tom. 12. p. 1. pag. 214. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

GREGENTIVS Archiepiſcopus Tephrenſis Diſputationem habuit cum Herbano Iudæo, quæ, vt videtur, ab alio quodam ſcripta, extat tom. 5. p 1. pag. 919. *edit. 1. abeſt, edit. 2. & 3. t. 4.* Hunc authorem V. ſæculo poſuimus, ſecuti Bignæum. Nobis tamen videtur vixiſſe poſt Iuſtini Imperatoris tempora. Nam ea quæ in fine Dialogi de conuerſione Iudæorum habet, videntur contigiſſe poſt debellatum Dunam Hebræum Homeritarum regem, & reſtitutos in ea regione reges Chriſtianos ope Elesboam regis Æthiopum, quod contigiſſe tempore Iuſtini Imperatoris patet ex Procopio lib. 1. de bello Perſico, & Narratione quadam de Chriſtianis Homeritis à Iudæis interfectis, quæ habetur apud Surium 24. Octobris.

GREGORIVS Palamas Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, impius & ſchiſmaticus, de quo vide quæ tom. 11. pag. 461. prænotata ſunt à Mag. Sacri Palatii, vixit XI. ſæculo, ſcripſit librum inſcriptum Proſopopœam, qui extat tom. 11. eadem pag. 461. & ſeqq. *edit. 1. deeſt, edit. 2. t. 9. edit. 3. tom. 8.* ſed deleantur in ſuperſcriptionibus paginarum literæ S. P. N. quæ per errorem relictæ fuerunt.

* GREGORIVS Thaumaturgus Epiſcopus Neocæſarienſis ſcripſit varia opuſcula, ex quibus extant edita à Gerardo Voſſio, Expoſitio Fidei breuis tom. 3. pag. 34. Expoſitio Fidei alia prolixior ibid. pag. 35. Capita 12. de Fide cum anathematiſmo ſingulis ſubiecto, pag. 37. in Annunciationem B. Virginis Sermones 3. pag. 39. in S. Theophaniam, ſeu de Chriſti baptiſmo Sermo pag. 44. de iis qui in Barbarorum incurſu idolothyta comederunt, Epiſtola canonica, pag. 46. Diſputatio de anima, ad Tatianum, pag. 49. Metaphraſis in Eccleſiaſten pag. 51. in Origenem Panegyrica Oratio, pag. 56. *extant aliqua ex diuerſa interpretatione edit. 1. tom. 1. & 8. edit. 2. tom. 3. edit. 3. deſunt omnia.* claruit anno Chriſti 233.

GREGORIVS Turonenſis multa ſcripſit, ex quibus extant de geſtis Francorum lib. 10. vna cum Appendice ab alio addita, t. 6. p. 2. pag. 417. & ſeqq. de gloria Martyrum lib. 2. de gloria Confeſſorum lib. 1 miraculorum S. Martini lib. 4. de vita SS. Patrum lib. vnus *edit. 1. deeſt, edit. 2. t. 7. edit. 3. deeſt.* Mortuus eſt Gregorius, A. D. 596. annis 8. ante Gregorium Magnum Pontificem.

* GVARRICVS Abbas Igniacenſis, S. Bernardi diſcipulus, floruit anno 1280. ſcripſiſſe fertur plura, quæ non extant. Sermones ipſius ex editione Ioan. Coſterii ord. S. Auguſtini habentur, t. 13. pag. 158. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

* GVIBERTVS Tornacenſis, ſiue aliis Gilbertus Ord. Minorum, vixit anno Chriſti 1270. ſcripſit paruum Tractatum de officio epiſcopi, & Eccleſiæ cæremoniis, extat ex recognitione Theodori Coiſfeldii ordinis S. Antonii. t. 13. pag. 395. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* Eiuſdem GVIBERTI Tornacenſ. Doct. Theol. Pariſ. ordinis Minor. Opuſc. de Pace & tranquillitate animi, ab Andr. Schotto nunc primum ex m. ſ. editum tom. 15. pag. 703. *deeſt in tribus edit. Pariſienſ.*

* GVIGO Quintus Prior Carthuſiæ, floruit ſæculo 12. ſcripſit aliqua quæ recenſet Trithem. & Petr. Dorlandus Carthuſianus. Meditationes ipſius piiſſimæ extant ex editione Antuerpienſi tom. 12. p. 2. pag. 327. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

* GVILHELMVS Abbas S. Theodorici, Cluniacenſis Ordinis, floruit XII. ſæculo ſecundum Indoc. Coccium, ſcripſit meditationes deuotiſſimas & libellum de amore Dei, qui duo libri extant ex editione Antuerpienſi t. 12 p. 2 pag. 307. & ſeqq. *in tribus edit. Pariſienſ. deſunt.*

FRATRIS GVILIELMI Moritæ, poſtmodum Conſtantienſis Epiſcopi errores damnati Pariſiis an. 1240. extant t. 13. pag. 368. *edit. 1 deeſt, edit. 2 & 3. t. 4.*

GVILIELMVS Pariſienſis vixit 13. ſæculo, damnauit Errores deteſtabiles aliquot contra Catholicam veritatem, qui extant t. 13. pag. 367. *edit. 1. deſunt, edit. 2. & 3. t. 4.*

GVITMVNDVS epiſcopus Auerſanus, ſcripſit de veritate corporis Domini in Euchariſtia

Digitized by Google

libros 3 extant tom, 11. pag. 350. Confeſſionem de Trinitate, Chriſti humanitate, corporiſque ac ſanguinis Domini veritate, pag. 373. orationem ad Guilielmum primum Anglor. Regem. omnia ex edit. Ioan. Vlimmerii Louanienſ. pag. 375. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6.*

H.

HALITGARIVS * epiſcopus Cameracenſis, vixit tempore Ludouici Pii Imperat. ſcripſit Libros V. de virtutibus & vitiis, qui vna cum adiuncto Pœnitentiario ex edit. Henr. Caniſii extant tom. 9. p. 1. pag. 282. *deſunt in trib. edit. Pariſ.*

HEGESIPPVS non ille Iuſtini æqualis, cuius meminit Euſebius lib. 4. Hiſtoriæ, & Hieronymus in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſt. ſed alius quidam, quem poſt Conſtantini tempora ſcripſiſſe conſtat ex cap. 5. lib. 3. ſcripſit de Excidio vrbis Hieroſolymitanæ lib. 5. qui extant tom. 4. pag. 971. *edit. 1. deſunt; edit. 2. & 3. t. 7.*

* HERMANNVS Contractus Monachus cœnobii Augienſis, ſcripſit Chronicon, quod ex editione Henrici Caniſii extat tom. 11. pag. 273. *deeſt in tribus edit. Pariſ.* Vide de aliis eius ſcriptis quæ ante Chronicon eius prænotata ſunt ab eodem Caniſio.

HERMES philoſophus Chriſtianus, ſcripſit tractatum quendam, in quo gentiles philoſophos irridet, Subiecimus hunc tractatum Iulio Firmico tom. 4. pag. 119. *edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 4* nam quamuis nec ex tractatu illo poſſit colligi, quo tempore vixerit, nec apud antiquiores, qui de Script. Eccleſiaſt. ſcripſerunt, eius fiat mentio, tamen nihil fuit curà recentioribus, qui eum hoc ſæculo ponunt, recederemus.

HERMES ſiue Hermen ſcripſit libros tres Paſtorales, qui extant tom. 1. pag. 27. *edit. 1. t. 3. edit. 2. & 3. t. 7.*

* HERMIAS Sozomenus, Socratis coætaneus, ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam diuiſam in libros 9. ex eadem editione, extat t. 5. p. 2. pag. 357. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

HESICHII Presbyteri Hieroſolymitani oratio demonſtratiua in S. Andream Apoſtolum, Carolo Fabiano interprete, ex edit. Lugdunenſ. Thom. Galleti: tom. 15. pag. 186. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

HESYCHIVS ſiue Iſichius Epiſcopus Hieroſolymitanus, tempore S. Gregorii vixit: nam ad eum eſt epiſtola 40. libri 9. ex regiſtro S. Gregorii. Neque alius inuenitur epiſcopus Hieroſolymæ, qui dicatur Heſychius vel Iſichius, ante Iſtum. Hic igitur ſcripſit lib. 7. in * Leuiticum, extant ex editione Pariſienſi tom. 7. pag. 1. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.* ſcripſit præterea Sermones 2. de B. Virgine, qui extant pag. 133. *edit. 1. tom. 7. edit. 2. & 3. tom. 2.* Item Sermonem de S. Iacobo fratre Domini, cuius meminit Photius in ſua Bibliotheca, ſed non videtur extare. Σχόλια in duodecim Prophetas minores & Iſaiam, ſed hoc opus necdum, quod ſciam, eſt latine editum. Extat ſermo de temperantia & ratione reluctandi & precandi, etiam ſub nomine Heſychii presbyteri quem poſuimus pag. 135. verum tamen hic ſermo ſit Heſychii Hieroſolymitani, nobis adhuc eſt incompertum, cum plures fuiſſe Heſychios presbyteros ſcriptores Eccleſiaſticos, conſtet ex Biblioth. Photii.

HIERONYMVS de S. fide, vixit anno 1412. ex Iudæo Chriſtianus, & poſtea medicus Benedicti Pontif. Maximi. ſcripſit tractatum contra errores Iudæorum, & contra Thalmudiſticas quiſquilias, extat t. 14. pag. 351. *edit 1. deeſt, edit. 2. & 3. t. 4.*

HILARIVS Arelatenſis S. Auguſtini diſcipulus, ad quem, vt inquit Trithemius, Eucherius Lugdunenſis librum edidit de laude eremi. Scripſit homilias multas, epiſtolas ad diuerſos & alia quædam, ſed ex eius ſcriptis nunc ſolum extant Epiſtola ad Eucherium t. 5. p. 2. pag. 980. & epiſtola breuis ad S. Auguſtinum, ibid. Carmen de Geneſi ad Leon. Papam, ibid. Oratio funebris de S. Honorato apud Surium, quam propterea hoc loco omittimus. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſienſ.* Tribuitur etiam ab aliquibus huic Hilario epiſtola illa de Prædeſtinatione, cuius occaſione ſcripſit B. Auguſtinus librum de Prædeſtinatione ſanctorum & bono perſeuerantiæ. extat ea Epiſtola inter opera S. Auguſtini.

HILDEBERTVS ex Cenomanenſi epiſcopo factus Archiepiſcopus Turonenſis, vixit tempore Honorii II. Pontif. ad quem etiam epiſtolam miſit, ſcripſit epiſtolas multas ad diuerſos, quæ extant tom. 12. p. 1 pag. 311. Carmen de myſterio Miſſæ eod. tom. pag. 350. *edit. 1. & 2 deſunt, edit. 3. Auct. p. 1.* Sermones diuerſos, ex quibus duo extant, omnia edente Margarino de la Bigne tom. 12. p. 1. pag. 355. *edit. 1. t. 4. & in Append. edit. 2. & 3 t 3.* Vitam Hugonis Abbatis Cluniacenſis, quam quia noſtri inſtituti non eſt vitas Sanctorum hic ponere, omiſimus. Scripſit & alia quædam, quæ recenſet Poſſeuinus, ſed extare non putamus.

* S. HILDEGARDIS Abbatiſſæ in monte S. Roberti apud Naam fluuium, prope Bingam, ſanctiſſ. virg. & prophetiſſæ, Epiſtolar. liber, cum diuerſis aliis eiuſdem opuſculis, ex edit. Colonienſ. t. 15. pag. 612. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

HILDEPHONSVS Archiepiſcopus Toletanus, de quo multa Baronius tom. 8. annal. ſcripſit multa carmine & ſoluta oratione, ex quibus extant de laude intemeratæ Sanctæ Dei genitricis Mariæ, liber vnus cum præfatione Iuliani Toletani Diaconi t. 7 pag. 430. contra eos qui diſputant de perpetua virginitate S. Mariæ, & de eius parturitione pag. 447. in præcipuis S. Mariæ feriis ſermones 12. pag. 453. *editione prima tom. octauo pauca, edit. 2. tom. 9. omnia, edit. 3. tom. 8. omnia.* extat

etiam

etiam inter opera Iſidori Hiſpalenſis libellus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſub nomine S. Hildephonſi.

* HINCMARVS Rhemenſis Archiepiſcopus, de quo multa Baron. tom 10. Annal. vixit tempore Nicolai I. Pontif. cuius extant Epiſtolæ ad Hincmarum, & Hincmari ad ipſum. Scripſit Epiſtolas ad diuerſos, quæ ex recognitione Ioan. Buſæi Soc. Ieſu extant tom. 9. p. 2. pag. 41. & ſeqq. * Item ex emendatione Ioan. Cordeſii Eccleſiæ Lemouicenſis Canonici extant eod. tom. pag. 29. & ſeqq. Eiuſdem Hincmari Opuſcula aliquot & Epiſtolæ, *omnia deſunt in tribus Pariſ. edit.*

HIPPOLYTVS primum Metropolitanus Arabiæ, poſtea à Calixto Pontifice factus Portuenſis Epiſcopus, ſcripſit multa quæ enumerantur ab Euſebio, Hieronymo, Photio, & aliis, ſed pleraque interierunt. nunc extat oratio de Conſummatione mundi & Antichriſto t. 3. pag. 11. *edit. 1. t. 7. edit. 2. & 3. t. 2* Excerpta quædam ex libris eius de Theologia & Incarnatione per Henricum Caniſium t. 3. pag. 17. *edit. 1 & 2 deſunt, edit 3 in Auct p 2.* * Homiliæ de Deo trino & vno, & de myſterio Incarnationis contra hæreſin Noeti per Gerar. Voſſium. ibid. pag. 19. *deſunt in tribus edit. Pariſienſ.* Demonſtratio contra Iudæos apud Poſſeuinum in verbo Hippolytus Martyr, quam, quia Poſſeuinus in omnium manibus verſatur, hic omiſimus. Reperti etiam ſunt, ait Sixtus Senenſis, ſuperioribus annis Baſileæ Commentarii quidam in Apocalypſim Hippolyto inſcripti, de quibus ob eruditionis & ſtyli inopiam ambigitur. claruit autem anno Chriſti 220.

* HIPPOLYTVS Thebanus vixit tempore Metaphraſtis, ſcripſit Chronicon, cuius fragmentum per Henric. Caniſ. editum extat tom. 9. p. 1. pag. 1006. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* HONORIVS Auguſtodunenſis Presbyter, floruit ſæculo 12. ſcripſit plurima Philoſophica & Theologica, ex quibus omnia quæ extant, habentur recenſita & aucta à R. P. Andr. Schotto Soc. Ieſu, t. 12. p. 1. pag. 919. & ſeqq. *ex huius auctoris opuſculis extat ſolummodo ed 3. Pariſ. Auct p. 1. col.* 1179. *Gemma animæ ſub nomine Anonymi. ed. 1. & 2. nihil.* extat & pag. 1177. poſt Sigillum B. Virginis in Cantica Canticorum eiuſdem Honorii, alia expoſitio breuis in Cantica, quæ an ſit Honorii incertum eſt. Nos illam quia in antiquiſſima editione, (quæ ſine anno erat, ſed facta videtur initio naſcentis Typographiæ,) coniuncta fuit Honorio, ſub nomine authoris incerti poſuimus.

* Eiuſdem Ineuitabile, ſiue de prædeſtinatione & libero arbitrio dialogus, ex edit. V. P. Ioan. Conen. Prior. Tongerloenſ. ord. Præmonſtratenſ. tom. 15. pag. 296. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

HONORIVS primus Papa de quo multa Baronius tom. 8. annal. præſertim anno 645. vbi eum aduerſus varias calumnias defendit, ſcripſit epigramma de aſcenſione Domini, & de apoſtolis obſtupeſcentibus, extat t 7 pag. 154. *edit. 1. & 3 deeſt, edit. 2. t.* 8.

HVGO Etherianus natione Tuſcus, floruit anno 1170. ſcripſit de Regreſſu animarum ab inferis ad Clerum Piſanum librum vnum. Item de proceſſione Spiritus S. contra errores Græcorum libros tres, qui extant t. 12. p. 2 pag. 338. & ſeqq. *edit. 1. Pariſ. tom. 8. extat tantum primum opuſculum, edit. 2 extant ambo tom. 9 item edit. 3. tom* 8.

* HVMBERTVS epiſcopus Syluæ Candidæ S. R. E. Cardinalis ſcripſit aduerſus calumnias Michaelis Patriarchæ Conſtantinopolitani & Leonis Archiepiſcopi Bulgariæ librum vnum, extat t. 11. pag. 312. aduerſus Nicetam Librum vnum eod. to. pag 324 Commemorationem eorum, quæ contra Michaelem Patriarcham geſſerunt Apoſtolicæ Sedis Apocriſarii. pag. 335. omnia ex recognitione Henr. Caniſii, ex sereniſſ. Maximil. Bauar. Ducis Biblioth. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

I.

S. IACOBVS Frater Domini, author Epiſtolæ, quæ inter ſeptem Canonicas prima eſt, compoſuit Miſſam, cuius meminit Proclus Conſtantinopolitanus, & concilium Trullanum Canone 32. his verbis: *Nam & Iacobus Ieſu Chriſti Domini noſtri Frater ſecundum carnem, cui primum Ieroſolymitanæ Eccleſiæ thronus creditus, & Baſilius Cæſareæ Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit, myſtico nobis in ſcriptis tradito ſacrificio, peragendum in ſacro myſterio ex aqua & vino Sacrum poculum ediderunt.* Extat hæc Miſſa, ſed ab aliis ancta tom. 1. pag. 14. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3 t.* 6. Dicitur à quibuſdam hic Iacobus ſcripſiſſe Euangelium, quod ſecundum Hebræos inſcribebatur, ex quo fragmenta extant apud Hieronymũ. Scribit & S. Athanaſius in Synopſi Iacobum in Euang. Matthæi primũ omnium Interpretationem adhibuiſſe. Extat & nunc ſcriptum aliquod apocryphum, quod protoeuangeliũ Iacobi inſcribitur, ſed quia ab hæreticis noſtri temporis primo vulgatũ eſt, omittendũ putauimus.

IACOBVS de S. Georgio ad Velum aureum Diaconus Cardinalis, ſcripſit præter alia librum de Anno centeſimo, ſeu Iubileo, qui extat t. 13. pag. 479 *edit. 1. in Append. edit. 2. & 3. t.* 6.

IDACIVS, ſiue Ithacius vixit circa annum Domini 380. ſcripſit lib. aduerſus Varimundum, qui extat t. 4. pag. 620. *edit. 1. t. 5 edit. 2. & 3. t.* 4.

IDIOTA ſub nomine vir quidam pius proprio nomine ſuppreſſo, ſcripſit contemplationum Libros V. Regulas vitam Chriſtianam complectentes, Annotationes in Pſalm. 15. Contemplationem de B. Maria, extant tom. 10. pag. 1. & ſeqq. *edit. 1 t. 3. edit. 2. & 3 t.* 5. floruit hic author ex ſententia Card. Bellarmini anno 902.

S. IGNATIVS tertius poſt B. Petrum Antiochenus Epiſcopus fuit, ſcripſit Epiſtolas quaſdam, quæ vna cum epiſtolis B. Virg. ad ipſum extant ex interpretatione Hieronymi Vairlenii Syluii & cum eiuſdem ſcholiis tom. 1 pag 76. *edit. 1. t. 1. edit. 2. & 3. t.* 3.

* IOAN. Anton. Campani Epiſc. Interamnienſis opuſcula duo: de gerendo magiſtratu, & oratio cinericia Romæ, dicta ex edit. Ioan. Coſterii Louanienſ. tom. 15. pag. 802. *deeſt in tribus edit. Pariſienſ.*

* IOANNES Calecas Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui videtur vixiſſe 11. ſæculo, ſcripſit ſermonem ante Dominicam ante Exaltationem S. Crucis, quæ ex Iac. Gretſero Soc. Ieſu extat tom. 11. pag. 470. *in tribus edit. Pariſienſium deeſt.*

* IOANNES Carpathiorum epiſcopus, quem quia Photius citat, poſuimus 7. ſæculo, ſcripſit ad Monachos ex India, eorum rogatu, capita hortatoria ſiue documenta Spiritualia XCVII. interp. Iacob. Pontano Soc. Ieſu, extant tom. 7. pag. 627. eiuſdem Documenta 82. ſed conciſiora, habentur infra ſæculo ſiue Tomo 12. huius Bibliothecæ poſt Simeonis Iunioris opuſcula. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.*

* IOANNES Caſſianus S. Chryſoſtomi Diaconus, poſtea Maſſilienſis presbyter, ſcripſit libros tres de Inſtitutis cœnobiorum; de origine & remedio octo principalium vitiorum libros duodecim, extant t. 5. p. 2. pag. 4. de Incarnatione Chriſti contra Neſtorium lib. 7. pag. 58. Collationem Sanctorum Patrum libros 24. extant pag. 90. omnia ex recognitione Alardi Gazæi Ord. S. Benedicti Cœnobitæ. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.*

IOANNES Climachus Abbas in monte Sina ſcripſit Sermones 30. quibus tanquam gradibus ad Chriſtianæ vitæ perfectionem adſcenditur, extant t. 6. p. 2. pag. 241. libellum de officio Paſtoris, pag. 294. cui ſubiecimus Commentaria Ioannis Rhaitu in 30. Sermones Climachi, *omnia edit. 1. t. 3 edit. 2. & 3. t. 5.* ſcripſit præterea Climachus alia quædam necdum edita, ex quibus, teſte Poſſeuino, extat manu ſcripta in Bibliotheca Viennenſi in ſacram ſcripturam expoſitio, de variis capitibus Religionis, de Virtutibus, de Vitiis, de Beatitudine, de Precibus, de Pigritia, de Falſo.

IOANNES Epiſcopus Hieroſolymitanus, de quo multa Baronius annal. tom. 5. vixit temporibus S. Hieronymi, qui & eum quoſdam errores Origenis ſequentem reprehendit. Liber de Inſtitutione Monachorum, qui ſub eius nomine circumfertur, extat tom. 4. pag. 725. *edit. 1. deeſt, edit. 2. t. 9 edit. 3. t. 8.*

IOANNES Maxentius, de quo multa Baronius tom. 7. annal. ſcripſit epiſtolam ad legatos ſedis Apoſtolicæ, profeſſionem ſuæ fidei, capitula contra Neſtorianos, profeſſionem fidei breuiorem, rationem adunationis Verbi Dei. reſponſum ad epiſtolam Hormiſdæ Pontificis, libellum contra acephalos, dialogorum contra Neſtorianos libros duos, quæ omnia extant tom. 6. p. 1. pag. 370. & ſeqq. *edit. 1. t. 7. edit. 2. & 3. t. 4.*

* IOANNES Sapiens cognomento Cypariſſiota, quem Franciſc. Turrianus Soc. Ieſu, & Iodoc. Coccius putant XI. ſæculo vixiſſe, ſcripſit expoſitionem materiariam eorum, quæ de Deo à Theologis dicuntur, in decem decades partitam, eodem Franciſc. Turriano Soc. Ieſu interprete, additis eiuſdem ſcholiis & annotationibus, ex editione Romana extant hæc omnia tom. 11. pag. 497. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

* IOAN. Sareſberienſis Epiſcopus Carnotenſis Policraticus, ſiue de nugis curialium & Philoſophorum libri 8. tom. 15. pag. 338. & ſeqq. Eiuſdem Epiſtolæ à Papirio Maſſono editæ pag 498. *deſunt in tribus edit. Pariſienſ.*

* IOANNES Xiphilinus Patriarcha Conſtantinopolitanus, putatur vndecimo ſæculo vixiſſe ſcripſit in tertiam Ieiuniorum hebdomadem, vel in Crucis adorationem ſermonem vnum, qui ex R. P. Iacobo Gretſero extat tom. 11. pag. 472. *deeſt in tribus edit. Pariſienſium.*

IOANNES Zonaras Monachus Græcus, ſcripſit præter Libros Hiſtoriarum, qui cum Hiſt. Orientalis ſcriptoribus editi ſunt, in Canones Apoſtolorum & alia quæ iam Pariſiis Græce & Latine prodierunt, ac propterea hic omiſſa ſunt. Canonem de ſanctiſſima Virgine eiuſdem Zonaræ poſuimus tom. 12. p. 1. pag. 1191. *deeſt in tribus edit. Pariſien.*

IONAS Aurelianenſis Epiſcopus, ſcripſit Libros 3. de cultu Imaginum contra Claudium Taurinenſem, extat tom. 9. p. 1. pag. 90. & ſeqq. *edit 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 4.*

* IORNANDES ex monacho factus epiſcopus Rauennas. ſcripſit de Origine & rebus geſtis Gothorũ lib. 11. qui extant t. 6. p. 2. pag. 718. *deſunt in tribus Pariſ. edit.* floruit ſub Iuſtiniano Imp.

ISACOS Syros monachos duos inuenio, vnum cuius ſcripta recenſent Trithemius & Gelaſius, qui ſcribit eum obiiſſe temporibus Leonis & Martiani Imperatorum: alterum quem vſque ad extrema Gothorum tempora ſuperuixiſſe teſtatur Gregorius lib. 3. Dialogorum. Vtriuſnam autem ſit liber ille de contemptu Mundi, quem poſuimus tom. 6. p. 2. pag. 688. incertum eſt. Inuenio quidem à Poſſeuino tribui Iſaaco priori, ſed neque Trithemius, neque Gelaſius, qui ſcripta prioris Iſaaci recenſent, huius libri meminerunt: vnde non minus probabile, eſſe Iſaaci poſterioris, propter ea, quæ in principio huius libri annotata inuenies. *extant præcedent. opuſcula edit. 1. t. 3. edit. 2. & 3. t 5.*

* ISIDORVS Peluſiotes ſcripſit Epiſtolas plurimas, quæ extant, Iacobo Billio Prunæo interprete, tom. 5. p. 2. pag. 476. *deſunt in tribus edit Pariſ.*

IVLIANVS Toletanus epiſcopns diuerſus à Iuliano Pomerio presbytero, & à Iuliano Pomerio diacono, ſcripſit diuerſa opuſcula, ex quibus extant t. 7. pag. 472. & ſeqq. epiſtola ad Idacium Barcinonenſem epiſcopum, oratio ad Deum, προγνωστικῶν lib. 3. contra Iudæos lib. 3, commentarii in Naum Prophetam. *extant omnia in 3. edit. t. 4. 8. & Auct. p. 2. in 1. & 2. edit. aliqua.*

* IVLIANI Epiſcopi Toletani ἀντικειμένων, hoc eſt, Contrapoſitorum ſiue contrariorum in ſpeciem, vtriuſque Teſtamenti locorum libri duo, ex edit. Colonienſ. anno 1540. ab Andr. Schotto Soc. Ieſu recogniti. tom. 15. pag. 195. *deſunt in tribus Pariſ. edit.*

IVLIVS Firmicus Maternus ſenior, ſcripſit lib. de Errore prophanarum religionum, extat t. 4. pag. 107. *edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 4.*

IVNILIVS epiſcopus Africanus ſcripſit ad Primaſium de partibus Diuinæ Legis libros duos, extant t. 6. p. 2. pag. 198. *edit. 1. t. 6. edit. 2. & 3. t. 1.*

* IVSTINVS Philoſophus & Martyr floruit temporibus Antonini & ſucceſſorum eius. Scripta eius recenſent Hieronymus in Catalogo, & Euſeb. in Hiſt. Eccleſ. ex quibus extant hæc tom. 2. p. 1. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ. omnia.*

Dialogus cum Triphone Iudæo.
Apologia ad Senatum Romanum.
Apologia ad Antoninum Pium.
Oratio parænetica ad Gentes.
De Monarchia liber.
Expoſitio fidei, ſeu de recta confeſſione.
Epiſtola ad Zenam.
Epiſtola ad Diognetum, habetur initio ante S. Iuſtini Martyris Opera.
De quæſtionibus à Chriſtianis Gentib. propoſitis, earumq; reſponſionũ reprehenſionib. liber.
Quæſtionum quas gentes Chriſtianis proponunt explicatio.
De neceſſariis quibuſdam quæſtionibus reſponſiones.
Quarundam Sententiarum Ariſtotelis reprehenſio.
Quæſtiones quædam Gentibus poſitæ. Omnia hæc ex editione Pariſienſi, Ioachimo Perionio interprete.

IVSTVS Abbas Ordinis Ciſtercienſis, floruit anno 1300. eius ſermo habitus in conuentu multorum Abbatum eiuſdem ordinis, extat tom. 14. pag. 1. & ſequentibus. *edit. 1. & 2. deeſt, edit. 3. Auct. p. 2.*

IVSTVS Orgelitanus epiſcopus ſcripſit commentaria in Cantica canticorum, extant tom 6. p. 1. pag. 509. *edit. 1. t. 6. edit. 2. & 3. t. 1.*

IVVENCVS presbyter Hiſpanus carmine conſcripſit Hiſtoriam Euangelicam, extat hoc opus in quatuor lib. diuiſum, t. 4. pag. 1. *edit. 1 t. 8. edit. 2. t. 8. edit. 3. deeſt.*

L.

LACTANTIVS Firmianus ſub Diocletiano floruit, extant huius Diuinarum Inſtitutionum lib. 7. t. 3 p 206. De ira Dei lib. 1. t. 3 p. 324. de Opificio Dei liber 1. eod. t. pag. 336. librorum ſuorum Epitome pag. 347. de Phœnice carmen pag. 354. de Paſſione Domini carmen pag. 355. *edit. 1. & 3. deſunt omnia edit. 2. t. 9.*

LANFRANCVS Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſcripſit de Sacramento Euchariſtiæ contra Berengarium librum vnum, extat tom. 11. pag. 336. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6.*

LAVRENTIVS Nouarienſis ſcripſit Homilias duas; vnam de pœnitentia, alteram de eleemoſyna extant t. 6. p. 1. pag. 335. *edit. 1. in Append. edit. 2. & 3 t. 2.*

* LEIDRADVS Epiſcopus Lugdunenſis, ſcripſit Epiſtolas, quæ extant per Papirium Maſſonum editæ, tom. 9. p. 1. pag. 626. poſt Opera Agobardi. *deſunt in tribus edit. Pariſienſ.*

* LEO magnus Pontifex, ſcripſit multa quæ recenſent Gennadius, Photius, Poſſeuinus, & alii ex quibus nunc extant ex editione Louanienſi per Canonicos Regulares emendata tom. 5. p 2. pag. 390. Sermones de præcipuis ſolennitatibus Domini & Sanctorum, Epiſtolæ decretales & familiares ad diuerſos. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.*

* Einſdem Papæ I. Tractatus aduerſus errores Eutychetis & aliorum hæreticorum, ex editione Gerar. Voſſii, cum eiuſdem notis, item eiuſdem Leonis edictum ad vniuerſos Epiſcopos per Siciliam conſtitutos, ex eiuſdem Gerar. Voſſii edit. tom. 15. pag. 157. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

LEONIS cognomento Philoſophi Imperatoris Conſtantinop. ad Omar. Saracenor. Regem Epiſtola de veritate fidei Chriſtianæ & Saracenorum erroribus Symphoriano Champerio interp. ex Chaldaico, tom. 15. pag. 240. eiuſdem oratio in exaltationem S. Crucis Iac. Gretſer. Soc. Ieſu interp. tom. 15. pag. 243 & ſeq.

LEONTIVS Bizantius aduocatus, poſtea monachus in Laura S. Sabæ, quem circa tempora Gregorii M. Pontificis vixiſſe conſtat ex eius libro de ſectis hæreticorum actione quinta, vbi inter Alexandrinos epiſcopos vltimum recenſet Eulogium, qui tempore S. Gregorii ſedit, ſcripſit excepta ex ore Theodori Abbatis de ſectis hæreticorum ac ſynodo Chalcedonenſi, diſtincta in actiones 10. libros 3. *edit. 1. in Append. edit 2. & 3. t. 4.* * contra Neſtorianos, aduerſus fraudes Apolliniſtarum lib. 2. * ſolutiones ad argumenta Seueri, dubitationes hypotheticas & definitiones contra eos, qui negant in Chriſto eſſe duas naturas. Extant hæc omnia Latine edita t. 6. p. 1. pag 441. & ſeqq. *edit. 1. & 3. deſunt, edit. 3. Auct. p. 2.* ſcripſit & alia necdum edita, de quibus vide ea, quæ pagina citata ante opera eius prænotata ſunt ex Henr. Caniſio.

LEONTIVS Conſtantiæ, vel vt alii volunt Neapoli in Cypro epiſcopus, ſcripſit vitam Ioannis Eleemoſynarii, quam, quia noſtri inſtituti non eſt, vitas Sanctorum hic inſerere, omittimus. Habet hic liber teſtimonium à ſecunda Nicæna ſynodo. Homiliam de transfiguratione Domini

quam citat eadem Nicæna ſynodus, ſed non videtur extare. * Contra Iudæos lib. ex quo fragmentum extat ab Henrico Caniſio editum, t. 7. pag. 231. *deeſt in tribus edit. Pariſienſium.*

LIBERII Poetæ de Sedulio Acroſtichis t. 5. p. 1. pag. 417. *edit. 1. & 2. t. 8. edit. 3. deeſt.*

LINVS vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, poſtea B. Petri in Pontificatu fuit ſucceſſor. Feruntur ſub huius nomine libri duo, de paſſione Petri & Pauli, extant t. 1. p. 69. *ed. 1. t. 2. ed. 2. & 3. t. 7.*

* LVCAS Tudenſis Epiſcopus Hiſpanus, vixit 13. ſæculo, ſcripſit inter alia Chronicon, quod cum Rer. Hiſpanicarum ſcriptoribus editum ſit, hic omiſimus, extant ipſius de altera vita, fideiq; Controuerſiis aduerſum errores libri III. ex edit. & cum notis Ioan. Marianæ, Iacobi Gretſeri, & Andreæ Schotti Soc. Ieſu Theologor. t. 13 pag. 221. & ſeq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.* Accedunt ſcriptores aliquot ſuccedanei Lucæ Tudenſis contra ſectam Waldenſium, à Iacobo Gretſero S. I. ſimul editi & prolegomenis eiuſdē illuſtrati t. 13. p. 288. & ſeqq. *deſunt in trib. ed. Pariſ.* ſunt autē hi:

* 1 Reineri liber contra VValdenſes.
* 2 Catalogus in quo variorum hæreticorum deliramenta inſunt.
* 3 Petrus de Pilichdorff contra VValdenſes.
* 4 Refutatio errorum, quibus VValdenſes diſtinentur.
* 5 Index errorum VValdenſium.
* 6 Modus examinandi VValdenſes.
* 7 Fragmentum de erroribus Beghardorum ex m. ſ. libro Conradi de Montepuellar. (Magdeburg forte) contra Beghardos & Beginas.
* 8 Epiſtolæ ſeptem de venerabili ſacramento Euchariſtiæ, ex quibus ſex refellunt delirium Folmari præpoſiti Trieffenſteinii, ſeu petræſtillantis, epiſtola prima propoſitum & expoſitum, extant t. 13. pag. 345. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

* LVCIFER Epiſcopus Calaritanus tempore Conſtantii Imperatoris fortiſſime Arianis reſtitit, extant eius opuſcula per Ioan. Tilium edita t. 4. pag. 121. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.*

S. LVDOVICVS Galliarum rex Chriſtianiſſimus, edidit Pragmaticam ſanctionem, quæ extat tom. 13. pag. 353 Eiuſdem memorabile fœdus cum Raimundo Toloſatum Comite Arriano, ibid. *edit. 1. deeſt, edit. 2 & 3. t. 6.*

LVGDVNENSIS Eccleſiæ nomine extat tom. 9. p. 1. pag. 1009. & ſeqq. circa annum Chriſti 850. ſcriptus Liber aduerſus opinionem Ioannis Erigenæ Scoti: Iudicium de tribus quibuſdam Epiſtolis, Abſolutio cuiuſdam quæſtionis de generali per Adamum damnatione omnium, & ſpirituali per Chriſtum ex eadem ereptione electorum: de tenenda immobiliter Scripturæ ſanctæ veritate, & Sanctorum Orthodoxorum Patrum auctoritate liber. Notæ Andreæ Duuallii Doct. Sorbon. Pariſienſ. in eoſdem Libros Eccleſiæ Lugdunenſis, extant tom. 9. p. 1. pag. 1098. *deſunt in 1. & 2. edit. Pariſ. omnia: extant edit. 3. Auct. p. 2.*

* LVPOLDI Bebenburgii de veterum Principum Germanor. zelo & feruore in Chriſtianam religionem & Dei miniſtros, liber ex editione Colonienſ. anno 1564. tom. 15. pag. 726. *deeſt in tribus edit. Pariſienſium.*

* LVPVS Abbas Ferrarienſis apud Senones, vixit tempore Caroli Calui Imperat. ſcripſit Epiſtolas ad diuerſos, quæ ex recognitione Papirii Maſſoni extant tom. 9. p. 1. pag. 827. *in tribus edit. Pariſienſ. deſunt.*

M.

MACARIVS ſenior diſcipulus S. Antonii, ſcripſit Homilias 50. ad Monachos, extant tom. 4. pag. 45. *edit. 1. & 3 deſunt, edit. 2. t. 2.*

* MANVEL Calecas, Græcus, floruit hoc ſæculo, ſcripſit plura quæ non extant. Libri IV. contra errores Græcorū latine verſi ab Ambroſio Camaldulenſi, & ex Bibliotheca Bauarica à R. D. Petro Steuartio editi, extant tom. 14. pag. 257. & ſeqq. Accedunt in fine pag. 335. eiuſdem Steuartii obſeruationes & Notæ in eundem Calecam. *deſunt omnia in trib. edit. Pariſ.*

MANVEL Patriarcha Conſtantinopolitanus, iuxta Coccium floruit hoc ſæculo, ſcripſit reſponſa ad Bellæ Epiſcopi interrogationes, quæ extant tom. 12. p. 1. pag. 896. *edit. 1. in Append edit. 2. & 3. tom. 6.*

MAPHÆI Vegii Laudenſis, Datarii quondam Pii II. Pont. Max. opuſcula ſacra, & reliqua opera omnia, ex Andr. Schotti Soc. Ieſu recognit. tom. 15. pag. 883. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

MARCELLINVS Comes vixit temporibus Iuſtiniani Imperatoris, ſcripſit diuerſa opuſcula, de quibus vide quæ prænotata ſunt ante eius chronicon: quod habetur 1. 6. p. 1. pag. 362. *edit. 1. t. 2. edit. 2. & 3. t. 7.*

MARCVLPHVS monachus vixit circa annum Domini 660. ſcripſit formularum lib. 2. qui vna cum quibuſdam aliis illis admixtis extant ex edit. Pariſienſi t. 7. pag. 564. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

MARCVS Epiſcopus Idruntis floruit, vt vult Coceius anno Chriſti 750. ſcripſit hymnum in magnum Sabbathum, qui extat t. 8. pag. 319. *edit. 1. in append. edit. 2. t. 8. edit. 3. deeſt.*

MARCVS Eremita ſub Theodoſio ſeniore eximia ſanctitate claruit, vt patet ex Palladio, qui eum iam centenarium inuiſit. Scripſit multa; ex quibus aliqua recenſet Nicephorus lib. 14. hiſt. cap. 54. Probabilius quoque eſt ſcripta illa, quæ nunc ſub nomine Marci Eremitæ circumferuntur, & à nobis poſita ſunt ex interpret. Ioan Pici Pariſienſ. & alterius cuiuſdam t. 4. pag. 933. & ſeqq. eſſe huius Marci, quam illius, quem ſub Leone VI. Imperatore vixiſſe ſcribit Zonaras in vita Leonis,

Digitized by Google

quia hunc noſtrum Marcum multa ſcripſiſſe, vt diximus. Author eſt Nicephorus, vtrum autem alter ille Marcus aliquid ſcripſerit, incertum eſt. *eius quædam habentur edit. 1. t. 3. & in Append. edit. 2. & 3. t. 2. & 5.*

S. MARCVS Euangeliſta præter Euangeliũ dicitur ſcripſiſſe Vitam S. Barnabæ Apoſtoli, quam putatur Beda in Latinam linguam tranſtuliſſe. Edita eſt etiam à Cardinale Sirleto, ſub huius nomine Liturgia quædam, quæ habetur t. 1. pag. 21. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3, t. 6.*

S. MARTIALIS Epiſcopus primus Lemouicenſis, cognomento Cephas, quem Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum vnum dicit fuiſſe ex 72. diſcipulis, duas dicitur ſcripſiſſe epiſtolas, vnam ad Burdegalenſes, alteram ad Toloſanos, quæ extant tom. 1. pag. 166. & ſeqq. *edit. 1. t. 1. edit. 2. & 3. t. 3.* Putat Clemens Alexandrinus loco ſupra citato, hunc illum eſſe Cepham, cui Apoſtolus Paulus in faciem reſtitiſſe ſcribitur; ſed eam opinionem, vt commentitiam merito reiicit Hieronymus, cum, vt ait Sixtus Senenſis lib. 6. Bibliothecæ, res ipſa doceat totum illum Sermonem ad B. Petrum Apoſtolum pertinere, eaque conſtans eſt iſtius loci interpretum & Eccleſiaſticorum Scriptorum ſententia.

MARTINVS Dumienſis Abbas, poſtea Epiſcopus Bracaracenſis, ſcripſit de 4. virtutibus Cardinalibus librum, quem vocauit Formulam honeſtæ vitæ, de Moribus item librum, extant t. 6. p. 2. pag. 237. *edit 1. t. 3. edit. 2 & 3 t 5.* ſcripſit etiam Collectiones canonum, quæ habentur in tomis Conciliorum, & alia quædam quæ nunc non extant.

* B. MARTINI Dumienſis Epiſcopi verſus in Baſilica ex Pithæi Pariſ. editione t. 15. pag. 185. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

S. MARTINVS Epiſcopus Turonenſis, vitæ ſanctitate miraculis clarus, cuius res geſtas conſcripſit Seuerus Sulpitius, edidit fidei ſuæ profeſſionem, quæ extat tom. 4. pag. 933. *edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 4.*

MAXIMVS Conſtantinopolitanus monachus & martyr, de quo multa Baronius tom. 8. annal. ſcripſit varia, quorum catalogum texit idem Baron. anno Chriſti 657. n. 31. Sed ex iis aliqua non extant; aliqua nondum ſunt in latinam linguam conuerſa; quæ latinitate donata ſunt, extant t. 7. pag. 347. ſententiarum de charitate centuræ quatuor, Capitulorum Theologicorum & Oeconomicorum de virtute & vitio centuriæ 5. de duabus in Chriſto naturis libellus pag. 403. Dialogus de incarnatione Verbi pag. 403 de Eccleſiaſtica Myſtagogia liber, pag. 410. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6* * Diſputatio cum Pyrrho ex t. 8. Annal. Baronii pag. 419.

* Eiuſdem contra Monothelitas & Acephalos opuſcula 13. interp. Franc. Turriano, habentur t. 7. pag. 606. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

* B. MAXIMI Monachi & Confeſſoris Sermo ad pietatem exercens, Flaminio Nobilio interprete, ex edit. Rom. anno 1578. t. 15. pag. 188. *deeſt in tribus edit. Pariſien.*

* MAXIMI Planudis incertæ ætatis authoris Oratio in Sepulturam Chriſti, & B. Virg. Lamentationem, interp. Ioach. Axonio, Grauiano, ex edit. Dilingana, tom. 15 pag. 1003. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* MAXIMVS Taurinenſis Epiſcopus, mortuus eſt Honorio & Theodoſio iuniore regnantibus, ſcripſit Homilias diuerſas, quæ extant ex editione Romana tom. 5. p. 1. pag. 1. & ſequentib. *deſunt in tribus edit. Pariſienſ.*

MELITO Sardicenſis fuit Epiſcopus tempore Marci Aurelii Imperatoris, ſcripta eius fere omnia interierunt. Liber de tranſitu B. Virg. illi tributus cum ſcholiolis Margar. de la Bigne extat tom. 2. p. 125. *edit. 1. t. 2. edit. 3. & 3. t. 7.*

MEROBAVDIS Hiſpani Scholaſtici, incertæ ætatis authoris, carmen de CHRISTO tom. 15. pag. 1026.

METHODIVS Tyri Epiſcopus, quem Epiphanius hæreſi 64. Eubulium quoque nominat, ſcripſit multa, quæ enarrant Hieronymus, Sixtus Senenſis, Poſſeuinus & alii; ſed nunc ſolum extant * Homilia de Simeone & Anna à Pet. Pantino edita, t. 3. pag. 357. & Reuelationes quædam illi falſo tributæ, p. 363. Martyrio affectus in Chalcide ſub Decio & Valeriano circa annum Dom. 255. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ præter Reuelat quæ habent. edit. 1. tantum.*

* METHODII cuiuſdam Epiſcopi incertæ ætatis ad eos qui dicunt, quod profuit nobis filius Dei crucifixus in terra & homo factus, ex editione Iacob. Gretſeri Societ. IESV, item ad eos quos pudet Crucis CHRISTI, eodem Gretſer. interp. tom. 15 pag. 990. & ſeq. *deſunt in tribus edit. Pariſ*

* MICHAEL Glycas claruit hoc ſæculo 12. Scripſit multa, vt habet Poſſeuinus in Apparatu. Diſputationes duæ, ex interpret. R. P. Andr. Schotti Soc. Ieſu extant t. 12. p. 1. pag. 735 adiecto in fine Scholio Iacob. Gretſer. eiuſdem Societ. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ* Editi præterea ſunt Annales ipſius, quos ſtudio hic omiſimus.

* MICHAEL Pſellus, qui vt vult Andreas Schottus Societ. Ieſu vixit XI. ſæculo, ſcripſit plurima quæ partim latent adhuc in Bibliothecis, partim excuſa ſunt; nos omiſſis philoſophicis & medicinalibus ſolummodo poſuimus Paraphraſin ipſius in Cantica, quæ ex recognitione eiuſdem P. Schotti, extat t. 11. pag. 558. vbi & vide quæ de hoc eodem Pſello prænotata habentur, item eod tom. pag. 567. libellum ipſius de operationibus dæmonum, ex edit Feder. Morelli & Franc. Feuardentii, quem Poſſeuinus putat eſſe Michaelis Epheſii. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

MICROLOGVS de eccleſiaſticis obſeruationib, ſcriptus videtur XI. ſeculo, vixit enim author illius tẽporib. Gregor. VII. Pap. vt patet ex c. 14. & 17. ſui lib. extat t. 11. pag. 367. *ed. 1. t. 4. ed 2 t. 6. ed 3. Auct. p. 1.*

MINVTIVS Fœlix cauſidicus Romanus ſcripſit Dialogum quendam, quem vocat Octauium, in quo Octauium Chriſtianum cum Cæcilio Ethnico diſputantem introducit, extat hic Dialogus t. 3. p. 1. *edit. 1 deeſt, edit. 2. t. 9. edit. 3. t. 8.* Ferebatur olim, teſte Hieronymo, in Minutio ſub huius nomine alius quidam liber de Fato, quem nunc non puto extare.

MISSA Malabarum apud Indos &c. tom. 15. pag. 790. *edit. 1. & 2. deeſt. edit. 3. Auct. p. 2.*

MISSA Mozarabum D. Leandro, Hiſpalenſi Epiſcopo peculiariter in Hiſpanis vſitata t. 15. pag. 777. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6.*

MISSA qua Æthiopes communiter vtuntur, quæ etiam Canon vniuerſalis appellatur, item & eorum alia quædam. tom. 15. pag. 746. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6.*

✱ MISSA S. Petri, à D. Guilielmo Lindano Epiſcopo Gandauenſi edita, extat t. 1. pag. 210. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

MISSALES orationes ex Gothico Miſſali, tom. 15. pag. 798. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6.*

MOSES Barcepha dicitur ſæculo X. floruiſſe, ſcripſit Commentarium de Paradyſo, extat t. 10. pag. 414. *edit. 1. t. 6. edit. 2. & 3. t. 1.* ſcripſit præterea commentariũ in Matthæum, Librũ de multitudine & differentia ſectarum, Librũ de ſex primis diebus conditi mundi, quæ necdum ſunt edita.

MOYSES Mardenus Aſſyrius Iacobita vixit anno 1552. & à Patriarcha Antiocheno Legatus Romam miſſus fuit, ſcripſit fidei profeſſionem & theologicam de S. Trinitate contemplationem, extant tom. 14. pag. 425. *edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 4.*

N.

NEMESIVS Emiſſenus epiſcopus, ſcripſit de Natura Hominis librum, qui extat tom. 5. p. 3. pag. 595. *edit. 1. & 3. t. 8. edit. 2. t. 9.* quo tempore vixerit hic author incertum eſt, putat tamen Coccius eum vixiſſe quinto ſæculo.

✱ NEROPII Paulini & Theraſiæ, incertæ ætatis authorum Epiſtola ad Sanctum & Amandum fratres, ex edit. Lugd. Galleri t. 15. pag. 995. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

NICEPHORVS Chartophylax ſcripſit epiſtolas duas ad Theodoſium monachum, extant t. 7. pag. 429. de ligandi atq; ſoluendi poteſtate ad eundẽ Theodoſiũ, pag. 430. *edit. 1 in Append. edit. 2 & 3. t. 3.* hunc authorem 7. ſæculo ponit Margarinus, ſed à Coccio ponitur anno 830.

NICEPHORVS Conſtantinopolitanus ſcripſit Chronicon, quod ex interp. Anaſtaſ. Bibliothecarii, cum notis Ant. Contii & Margarini de la Bigne extat t. 9. p. 1. pag. 1. *edit. 1. t. 2. edit. 2. & 3. t. 7.* Opuſcula 4. contra Iconomachos pag. 17. *edit. 3. auct. part. 2. ed. 1. & 2. deſunt.* Epiſtolã ad Leonem III. Pontif. quæ extat apud Baron. tom. 9. Annalium, ac propterea à nobis hic omiſſa eſt.

✱ NICETAS Choniates floruit temporibus Manuelis Comneni Imp. & ſucceſſorum eius, ſcripſit Theſaurum Orthodoxæ fidei, cuius extant ex editione Pariſienſi, Petro Morello Interp. Libri V. priores, vna cum Oratione funebri in obitum Nicetæ, habita à fratre eius Manuele Choniate t. 12. p. 1. pag. 493 & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.* Item fragmentum ex libro 20. de Ordine, qui ſeruatur, cum quis à Saraceniſmo ad Chriſtianiſmum tranſit, extat tom. 12. p. 1. pag. 617. *edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3. t. 6.* Scripſit præterea Hiſtoriam ab anno 1118. vſque ad annum 1205. quæ extat impreſſa cum Hiſtoriis Orientalibus, ac propterea hic à nobis omittitur.

✱ NICOLAVS Cabaſilas ſchiſmaticus græcus, floruit hoc ſæculo, ſcripſit de vita in Chriſto Libros VI. Item orationem vnam contra fœneratores, quæ duo opuſcula ex Iacobi Pontani Soc. Ieſu recognitione extant tom 14. pag. 101. & ſeqq. Eiuſdem Cabaſilæ compendioſa interpretatio in Diuinum ſacrificium, ſiue Liturgiæ expoſitio, extat Gentiano Heruetoi nterprete, eodem tomo pag. 137. & ſeqq. *omnia edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. tom. 6.*

NICOLAVS Methonenſis Epiſcopus Græcus, & Schiſmaticus, vixit ſæculo 12. de quo vide quæ tom. 12. p. 1. pag. 1192. prænotata ſunt, ſcripſit præter alia Libellum ad eos qui hæſitant, aiuntque conſecratum panem & vinum non eſſe Corpus & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, extat t. 12. p. 1. pag. 1192. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3. t. 6.*

NICOLAVS Oreſmius, Lexouienſis epiſcopus, floruit anno Dom. 1378. fuit Caroli V. Francorum Regis cognomento Sapientis præceptor, ſcripſit Tractatum de mutatione monetarum, qui extat tom. 14. pag. 171. *edit. 1 deeſt, edit. 2. t. 9. edit. 3. t. 8.*

NICOLAVS, S. Bernardo Clareuallenſi à Secretis, ſcripſit epiſtolas quaſdam ad diuerſos, extant tom. 12. p. 1. pag. 645. & ſeqq. *edit. 1 & 2. deſunt edit. 3. Auct. p. 2.*

NICO quidam græcus, claruit vt putat Coccius 13. ſæculo, ſcripſit quædam, ſed non extant, niſi fragmentũ quoddam ex epiſtola ad Enchiſtium de iniuſta excommunicatione, & aliud de peſſima peſſimorum Armeniorum Religione. t. 13. pag. 366. *edit. 1. t. 2. edit. 2. & 3. t. 3.*

NILVS Monachus Conſtantinopolitanus diſcipulus S. Chryſoſtomi, ſcripſit multa, ex quibus nunc extant Latine verſa, à variis quæ ad noſtras manus peruenerunt, capita parænetica 219. t. 5. p. 2. pa. 947. & ſeqq. de Oratione capita 148. liber Aſceticus, Inſtitutio ad monachos, aduerſus octo primaria vitia Orationes octo, breuis Inſtitutio ad monachos iuniores, Epiſtolæ duæ breues, fragmentum ex quodã tractatus parænetico, tractatus de octo vitioſis cogitationib. pleraq; ex ſuperiorib. habentur *ed. 1. t. 3. ed. 2. & 3. t. 5.* Vide de hoc Nilo & eius ſcriptis Nicephorum lib. 14. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 14. Photium in ſua Bibliotheca, & Poſſeuinum in Apparatu.

✱ NONNVS Panopolita quem Sixtus Senenſis inter Græcos Chriſtianos poetas principẽ numerat, teſte Suida, Ioan. Euangeliſtam carmine Heroico eſt interpretatus, extat hoc opus Latine

editũ,t. 6. p. 1. pag. 307. *deeſt in tribus edit. Pariſ.* feruntur etiã ſub eiuſdem Nonni nomine Dionyſ. lib. 48. quos quod ad rem Eccleſiaſticã nihil conferant, hic omittimus, vixit ante tempora Iuſtiniani Imp. nam Agathias qui ſub Iuſtiniano floruit libro 4. de bello Gothico authoritate eius vtitur.

NOVATVS quidã monachus Catholicus, quẽ à nato Chriſto Sæculo 4. vixiſſe putat Margarinus, ſcripſit Homiliã de humilitate & obedientia, quæ extat tom. 4. pag. 931. *edit. 1. t. 3. ed. 2. & 3. t. 2.*

O.

S. ODILONIS * Abbatis Cluniacenſis Opuſcula, ſiue Sermones ex Biblioth. Cluniacenſi edita, extant tom. 10. pag. 600. *in tribus edit. Pariſienſium nihil.*

* ODO Abbas Cluniacenſis obiit an. Chr. 937. teſte Sigeberto, ſcripſit lib. 4 de vita S. Geraldi, qui extant inter Vitas Sanctorũ. Tractatus & ſermones diuerſi, & alia eiuſdẽ opuſcula ex Biblioth. Cluniacenſi ſtudio Martini Marrier & Ioſephi Quercetani edita, t. 10 pag. 115. & ſeqq. ex prioribus opuſc. aliqua tantum extant *edit. 2. & 3. t. 7. edit. 1. nihil.* eiuſdem Odonis moralium in Iob. libri XXX. ab eodẽ D. Martino Marrier editi, extant t. 10. pag. 277. & ſeqq. *in tribus edit. Pariſ. deſunt*

* ODONIS Abbatis Tornacenſis, poſtea Cameracenſis Epiſ. opuſcula ſacra nunc primum ex M.S. ſtudio Andr. Schotti Soc. Ieſu in lucem edita, t. 15 pag. 274. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

Idem ODO Cameracenſis epiſcopus, ſcripſit Expoſitionem in Canonem Miſſæ extat tom. 12 p. 1. pag. 404. *edit. 1. t. 4. edit. 2. & 3 tom 6.*

OLYMPIODORVS monachus græcus, quem Card. Bellar. ſecuti lib. de Scriptor. Eccl. poſuimus XI. ſæculo, quamuis vt ipſe ait, incertum ſit quo tempore vixerit, ſcripſit Commentarium in Eccleſiaſten, qui extat tom. 11. pag. 395. *edit. 1. t. 6 edit. 2. & 3. t. 1.*

OPTATVS Mileuitanus claruit ſub Valentiniano & Valentino principibus, ſcripſit de ſchiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum lib. 7. quos habes t. 4 pag. 269. *edit 1. t. 2. ed. 2 & 3. t 4*

ORDO Romanus, de diuinis Catholicæ Eccleſiæ officiis, quem 8. ſæculo ſcriptũ eſſe exiſtimant Melchior Hittorpius, Iudoc. Coccius, extat t. 8. pag 397. *edit. 3. auct. part 1. pag. 1. deeſt in 1 & 2. edit.* cui in fine adiungitur Expoſitio Miſſæ tranſcripta ex venerandæ vetuſtatis Codicibus, *edit. 1. t 4 edit. 2. & 3 t. 6.* item qualiter quædam orationes & cruces in *Te igitur* agendæ ſint.

ORESIESIS Monachus, Pachomii æqualis, ſcripſit lib. de Inſtructione Monachorum, qui extat t. 4. pag. 37. *edit. 1 in Append. edit. 2. & 3. t. 5.*

* S. ORIENSIVS ſiue Orenſius Illiberitanus epiſcopus, cuius meminit Sidonius Apollinaris lib. 9. epi. 12. ſcripſit carmine Commonitorium, quod extat tom. 5. p. 3. pag. 793 editum, & notis illuſtratum à Martino Delrio è Soc. Ieſu. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

P.

PACHOMIVS monachus S. Antonii æqualis, ſcripſit angelo dictante Regulam Monachorum, quã ex verſione Hieronymi habes t. 4. pag. 32 extat eadẽ nonnihil diuerſa apud Palladiũ. Edita ſunt & à Voſſio * Monita quædã Pachomii, quæ extãt eod. t. 4. pag 37. *deſunt omnia in trib. ed. Pariſ.*

PACIANVS Barchinonenſis Epiſcopus, ſcripſit epiſtolas tres contra Nouatianos, quas habes tom. 4 pag. 235 parænesin ſiue exhortationem ad pœnitentiam, p. 244 Sermonem ad fideles catechumenos de Baptiſmo, pag. 246. *edit. 1 t. 1. edit 2 & 3 t. 3.*

PANTHALEON Diaconus ſcripſit ſermones duos, vnum de Chriſto & S Ioanne præcurſore eius, alterum in exaltationem ſanctæ Crucis, extant tom. 7. pag. 545. *edit. 1. t. 7. edit. 2. & 3. t. 2.* hunc authorem hoc ſæculo ponit Margarinus, ſed à Coccio ponitur anno 850.

* PASCHASIVS Ratbertus Abbas Corbeienſis, floruit temporib. Ludouici Pii Imp. ſcripſit diuerſa Opuſcula, ex quibus extant t. 9. p. 1. pag. 119. &c. *ed. 1. t. 4 ed. 2. & 3. t. 6.* De Corpore & Sanguine Domini Liber: in Thren. Ieremiæ lib. V. ab Andrea Schotto Soc. Ieſu ex membranis auctiora & emendatiora. *hi Commentar. in threnos ex diuerſa editione extant edit. 3 auct. part. 2. edit. 1. & 2. deſunt.* Scripſit præterea Commentaria in Matthæum, quæ à Iacob. Sirmond. Soc. Ieſu edita, ſed tardius accepta, ad finem partis poſterioris Tomi ſiue ſæculi Noni habentur, vna cum vita ipſius Ratberti pag. 896. & ſeqq. Scripſit præterea vitam Adhelardi Abbatis &c. habetur apud Surium in vitis Sanctorum, ideoque hic omiſimus.

PASCHASIVS S. Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, floruit temporibus Gelaſii Papæ, ſcripſit Libros 2. de Spiritu S. qui extant t. 5. p. 3. pag. 733. *edit. 1. deſunt. edit 2. t. 8. edit. 9. t. 9.*

* S. PATERIVS ſub Cœleſtino primo Papa legatione functus eſt ad Hibernos, extat ea Legatio accepta ex Miſcellaneis Ger. Voſſii tom. 5. p. 3. pag. 793. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* PAVLINVS Nolanus epiſcopus, de quo multa Baronius Tom. 5. Annal. ſcripſit Epiſtolas & alia quædam Opuſcula quæ per Andr. Schottum recenſita, prolegomenis & notis illuſtrata, extant t. 5. p. 1. pag. 138. *edit. 1. in Append. & t. 8. edit. edit 2. aliqua t 3. & 8. edit. 3. nihil.*

* PAVLVS Diaconus ſcripſit diuerſa opuſcula, quæ recenſet Trithemius; ex iis extant t. 8. pag. 153. & ſeqq. De geſtis Longobardorum Libri ſex; Hiſtoria miſcella, de qua vide, quæ ante illã prænotata ſunt ex Caniſio. Libellus de Epiſc. Metenſib. pag. 325. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.*

* B. PAVLI Diaconi, incertæ ætatis Authoris, homilia ſuper parabola Regis volentis rationẽ poſcere de ſeruis ſuis, ex recognit. Galletti Lugdun. t. 15. pag. 1002. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

PAVLVS Oroſius S. Auguſtini diſcipulus: de quo Baronius tom. 5. Annal. ſcripſit ad B. Auguſtinũ Hiſtor. lib. 7. qui ex recognit. Renati Laur. de la Barre. extant t. 5. p. 1. pag. 135. *ed. 1. & 3 deeſt, ed 2 t. 7.*

* PAVLI Oroſii Presbyteri Liber Apologeticus contra Pelagium de arbitrii libertate, ex recognit. Andr. Schotti Soc. Ieſu t. 15. pag. 144. *deeſt in tribus edit. Pariſienſium.*

PELEGRINVS, vel vt alii legunt, Peregrinus Epiſcopus Laurenſis, ſcripſit Symbolum fidei, quod extat t. 10. pag. 423. *edit. 1. t. 5. edit. 2. & 3 t. 4.* vixit authore Coccio anno 970.

PETRVS ALEXANDRINVS, de quo multa Baronius t. 2. Annal. Theonæ in Archiepiſcopatu Alexandrino ſucceſſor, Martyrio affectus eſt ſub Dioclet. & Galerio Maximino circa an. Dom. 311. Scripſit Canones quoſdam de Pœnitentia, qui extant t. 3. pag. 370. *ed. 1. t. 7. ed. 2. t. 2. ed 3. deeſt.*

* PETRVS Alphonſus ex Iudæo Chriſtianus, ſcripſit Dial. contra Iudæos diſtributum in titulos 12. extat ex antiq. edit. Colō. t. 12. p. 1. p. 358. hūc authorē Coccius ponit an. 1100. *deeſt in trib edit. Pariſ.*

PETRVS Apollonius Collatinus epiſc. Nouarienſis, ſcripſit carmine heroico de excidio vrbis Hieroſoly. lib. 4. qui extant t. 7. pag. 546. *ed 1. & 2. t. 8. ed 3. deeſt.* hunc authorem 7. ſæculo ponit Margar.

PETRVS Bertrandus epiſcopus Eduenſis, poſtea S. R. Eccleſ. Cardinalis floruit anno 1329. ſcripſit inter alia libellum contra Petrum de Cugneriis, ſuper facto Prælatorum Eccleſiæ Gallicanæ, Item Tractat. de ſpirituali & temporali poteſtate, extat t. 14. pag. 77. & ſeqq. *ed. 1. t. 5. ed 2. & 3. t. 4.*

* PETRVS Bleſenſis Bathonienſis in Anglia Archidiaconus, & apud Cantuarienſem Archiepiſcopum Cancellarius, floruit an. 1180. & ſcripſit multa, opera eius omnia per Ioan. Buſæum Soc. Ieſu edita variis Lectionibus, Notis, & præfationibus illuſtrata, extant t. 12. p. 2. pag. 692. & ſeqq. & illorum Catalogus ibid. recenſetur. *deſunt in tribus edit Pariſ.*

* PETRVS Cellenſis primum, poſtea S. Remigii Rhemenſis Abbas & Epiſcopus fuit Carnotenſis, floruit Sæculo 12. ſcripſit Epiſtolarū libr. IX. quæ ex recognitione & cum notis R. P. Iacob. Sirmondi Soc. Ieſu vnacum Epiſtolis aliquot Alexandri III. Pontif. ad ipſum Petrum & alios, extant t. 12. p. 2. pag. 544. & ſeqq. *deſunt in tribus edit. Pariſ.* Scripſit præterea de Panibus, de Tabernaculo, & de conſcientia, extant t. 12 p. 2. pag 634. *edit. 1. deeſt, edit. 2. t. 9. edit. 3. t. 8.*

* PETRVS Chryſologus epiſcopus Rauennas, ſcripſit Homilias de Dominicis & feſtis aliquot ſolennioribus totius anni, vt ait Sixtus Senenſis numero 122. ſed eæ nunc extant in poſterioribus editionibus numero 176. inter quas tamen ſunt aliquæ, quæ non ſunt Chryſologi. Habes has Homilias ex impreſſione Pariſienſi, t. 5. p. 2. pag. 662. Scripſit præterea Epiſtolam ad Eutychen, extat cum notis D. Gerardi Voſſii, pag. 789. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.* habetur & alia eius epiſtola, inter epiſtolas quæ præcedunt Concilium Chalcedonenſe in tomis Conciliorum, quam propterea omittimus. Errant qui Chryſologum ſuperuixiſſe putant vſque ad annum Chriſti 502. & interfuiſſe Concilio Romano ſub Symmacho: conſtat enim defunctum eſſe circa annum Domini 450. ex Epiſtola Leonis Papæ 37. ad Leonem epiſcopum Rauennatem Chryſologi ſucceſſorem, ſcripta ſub conſulatu Marciani Auguſti. Petrus vero ille qui Concilio Romano interfuit, non fuit Chryſologus, ſed Petrus Altinas à Theodorico Gothorum Rege Romam miſſus, quem Anaſtaſius in Symmacho vocat Romanæ Sedis inuaſorem. vide Baron. anno Chriſti 502. num. 3.

* PETRVS Diaconus æqualis S. Fulgentii ſcripſit librum de Incarnatione & gratia Chriſti ad S. Fulgentium & alios epiſcopos Africanos, extat t. 6. p. 1. pag. 78. inter opera S. Fulgentii. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

PETRVS Laodicenſis, & Germanus Patriarchæ Conſtantinopolitani, ſcripſerunt expoſitiones in Orat Dominicam, quæ extant t. 7 pag. 254. *edit. 1. t. 6. edit. 2. & 3. t. 1.* floruit hic author ſæculo ſeptimo, iuxta Coec. & alios.

* S. PETRVS Mauricius, dictus Venerabilis Abbas Cluniacenſis IX. floruit anno Dom. 1140. ſcripſit plura, ex quibus quæ extant, recognita ſunt & edita omnia ex M SS. Cod. ſtudio & induſtria D. Martini Marrier monaſterii S. Martini à Campis Pariſienſ. monachi & profeſſi, & Andreæ Quercetani Turonenſ. ex Biblioth. Cluniacenſi, & habentur tom. 12. p. 2. pag. 1. & multis ſequen. *deſunt in tribus edit. Pariſ.*

* PETRVS Siculus floruit circa annum Domini 870. ſcripſit librum, ſiue Hiſtoriam de varia & ſtolida Manichæorum hæreſi, extat per Matthæum Raderum Soc. Ieſu edita tom. 9. p. 2. pag 30. & ſeqq. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

PHEBADIVS, alias Sebadius Agenni epiſcopus, ſcripſit lib. contra Arianos, qui extat pag. 130. *edit. 1. t. 5 edit. 2. & 3. t. 4.*

PHILASTRIVS Brixienſis Epiſcopus, floruit tempore S. Ambroſii, ſcripſit lib. de Hæreſibus, qui extat tom. 4. pag. 596. *edit. 1. t. 5. edit. 2 & 3. t. 4.*

* PHILIPPVS Solitarius Græcus, floruit ſæculo 12. ſcripſit Dioptram, id eſt, Regulam, ſiue Amuſſim Rei Chriſtianæ ad Callinicum Monachum, quatuor libris per Dialogum explicatam, quæ ex interpret. Iacobi Pontani, & cum Notis Iac. Gretſeri Soc. Ieſu, extat t. 12. p. 1. pag. 677. & ſeqq.. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

PHILO Carpathius coætaneus fuit Sancti Epiphanii; ſcripſit Commentarium in Cantica Canticorum, quod extat pag. 559. *edit 1. in append edit 2 & 3. t. 1.*

PHILOTHEVS epiſcopus ſiue Patriarcha Conſtantinopolitanus vixit ſæculo 14. ſcripſit varia, quæ adhuc latent in Bibliothecis, extat ipſius Ordo inſtituendi Diaconum tom. 14. pag. 161. *edit. 1. t. 4. edit 2. & 3 t. 6.* * Item Laudatio in SS. Baſilium Magnum, Gregorium Theologum, & Ioan. Chryſoſtomū ex editione Iac. Pontani Soc. Ieſu, extat eod. tom. ibid. *deeſt in tribus edit Pariſ.*

S. POLYCARPVS Martyr ſuperuixit vſque ad Imperium M. Antonini, ſcripſit vnam Epiſtolam ad Philippenſes, quæ extat t. 1. pag 95. *edit. 1. t. 1. edit. 2. & 3. t. 3.*

* S. PORCARII Abbatis, incertæ ætatis authoris, Epiſtola ex recognit. Galleti Lugdunenſ. t 15. pag. 999. *deſunt in tribus Pariſ. edit.*

Digitized by Google

POTHO Prumienſis Presbyter, floruit circa annum Dom. 1152. ſcripſit de Statu domus Dei Libros quinque. Item de magna domo Sapientiæ Librum vnum, extant tom. 12. p. 1. pag. 619. *edit. 1. deſunt, edit. 2. tom 9. edit. 3 t. 8.*

* PRIMASIVS epiſc. Africanus, cuius meminere Caſſiodorus inſtitutione diuin. lect. cap. 9. & Iſidorus in catalogo Scriptorũ Eccleſiaſt. collegit; teſte Sixto Senenſi, ex Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino commentaria in epiſt. Pauli, quæ extant t. 6. p. 2. pag. 20. ſcripſit præterea Commentariũ in Apocal. cuius meminit Caſſiodorus, extat pag 150. *deſunt omnia in tribus edit. Pariſ.* de Hæreſibus ad Fortunatũ libros 3. vt teſtis eſt Iſidorus, ſed ii libri videntur interiiſſe. vixit Primaſius, non vt vult Sixtus Senenſis anno 440. ſed circa an. Dom. 550. vt patet ex Collatione ſecunda 5. Synodi.

PROBA FALCONIA, vxor non Adelphi proconſulis, vt ſcribit Iſidorus; ſed Anicii Probi præfecti prætorio, poſtea Conſulis, mater Probini, Olibrii & Probi ſimiliter cõſulũ, de qua multa Hieron. Epiſt. 8. & Baron. t. 4. & 5. Annal ſcripſit Virgiliocentones, qui extant t. 4 pag 1061. *edit. 1. & 2. t. 8. edit. 3 deſunt.* floruit non ſub Theodoſio iuniore, vt vult Sixtus Senenſis, ſed ſub Gratiano.

S. PROCHORVS vnus fuit ex ſeptem primis Diaconis: Narratio de vita & miraculis S. Ioannis, quæ ſub eius nomine circumfertur, extat t. 1. pag. 49. *edit. 1. t. 2. edit 2. & 3 t. 7.*

* PROCLVS Conſtantinop. ſcripſit Epiſt. de Fide ad Armenos, extat t. 5. p. 1. pag. 530. Eandẽ ex interpret. Dionyſii Exigui habes t. 5 p. 1. pag. 338. De Dom. noſtri Ieſu Chriſti natiuitate, pag. 533. in Transfiguratione Dom. pag. 535. Epiſt. ad Dominũ pag. 536. Epiſt. ad Ioannẽ Epiſc. Antiochenum pag. 537. Epiſt. ſynodicã ad Domnũ pag. 538. Tractatum de traditione Diuinæ Lyturgiæ pag. 542 Orationẽ in Ioan. Chryſoſt. pag. 542 *ed. 1. t. 1. ed. 2. & 3 t. 3 extat ſolũ Epiſt. ad Armenos, reliqua deſunt.*

* PROCLI Archiepiſcopi Conſtantinopolitani oratio panegyrica in S. Andreã Apoſt. Carolo Fabiano interprete, ex edit. Lugdunenſi Thom. Galleti t. 15. pag. 156. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

* PROSPER Aquitanicus epiſcopus Rheginenſis, Leonis primi Papæ Notarius, ſcripſit diuerſa opuſcula ſoluta oratione & carmine, quæ extant t. 5. p. 3. pag. 1. & ſeqq. recognita & recenſita per Ioannem Oliuarium. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

* PROSPERI Aquitani Confeſſio ex Pythoei Pariſ. edit. t. 15. pag 162. *deeſt in tribus edit. Pariſ.*

Q.

QVINTVS Iulius Hilarion, ſcripſit Chronicon, quod extat t. 5. p. 1 pag 331. *edit 1. in Append edit. 2. & 3. t. 7.* in quo dicit, ſe etiam ſcripſiſſe Librum de die Paſchatis; qui vide ur inter iſſe. De hoc authore nulla eſt mentio apud antiquos, qui catalogos Eccleſiaſticorum ſcriptorum confecerunt: Ponimus tamen eum ſæculo 5. ſecuti Margarinum Bignæum, qui eum edidit.

R.

RABBI Samuel Marrochianus, vixit A. C. 1070. ex Iudæo fuit factus Chriſtianus, ſcripſit de aduentu Meſſiæ, quẽ Iudæi temere expectant, Librũ vnũ, extat t. 11 pag. 421. *ed. 1. t. 5 ed 2. & 3 t 4.*

RADVLPHVS de Riuo, Decanus Tungrenſis, quem Coccius XI. ſæculo vixiſſe dicit, qui per errorem poſitus eſt etiam ſæculo 14. pag. 228. ſcripſit librum de Canonum obſeruantia, t. 11 pag 433. *edit. 1. t. 4. ed. 2. t. 6. edit. 3. Auct. p. 1.*

* RADVLPHVS Flauiacenſis Monachus ordinis S. Benedicti, floruit circa A. D. 910. ſcripſit diuerſa Opuſcula; quorum aliqua recenſet Trithemius; ſed nos tantum habere potuimus Commentaria in Leuiticũ, quæ ex antiqua edit Colonienſi extãt t. 10. pag. 30 & ſeqq *deſunt in trib. edit. Pariſ.*

REMIGIVS Antiſiodorenſis Monachus, videtur floruiſſe iuxta Bellarm in lib. de Script. Eccleſiaſt. circa annum Chriſti 890. Scripſit expoſitionem Miſſæ, quæ extat tom 9. p. 2. pag. 540. *edit. 1. deeſt, edit. 2. & 3. extat t. 6.* in XI. Prophetas minores enarrationem, extat t. 9. p. 2. pag 549. *deeſt edit. 1. & 2. extat edit. 3 Auct. p. 2.* * Commentaria in Pſalmos, extant tom. 9. p. 2. pag. 626. & ſeqq. ex edit. antiqua Colonienſi. *deſunt in tribus edit. Pariſienſium.*

* REMIGIVS Rhemenſis epiſcopus, ſcripſit Explanationes Epiſtolarum Beati Pauli Apoſtoli; quas ex M. S. Monaſterii S. Cæciliæ Romæ trans Tyberim edidit R. P. Ioan. Baptiſta Villalpandus è Soc. Ieſu, & in hac noſtra Bibliotheca inuenies t. 5. p. 3. pag. 801. & ſeqq. *deſunt in tribus edit Pariſ.*

* RICHARDI Pampolitani Anglo-Saxonis opuſcula pia, ex edit. Colon. anni 1537 t 15. pag. 817.

